Zinß ob allem Zeen

Lactantii Firmiani De diuinis institutionibus aduersus gentes. Rubricæ primi libri incipiunt.

Lactantii Firmiani de origine erroris Rubricæ libri.ii.incipiunt.

Lactantii Firmiani de falsa sapientia. Rubricæ. iii. libri fœliciter incipiunt.

Lactãtii Firmiani de iustitia libri quinti Rubricæ incipiũt.

Lactantii Firmiani de beata uita. Rubricæ libri septimi incipiunt.

Lactãtii Firmiani errata primi libri quibus ipse deceptus est per fratrem antoniũ Raudensem theologum collecta & exarata sunt:

Primus error quãdo dicit: & quidem uniuersaliter fieri nõ posse: qui omnẽ q̃d sit aliquãdo esse cœperit. Ca.vii

Secũdus error est q̃n ex præcedẽti errore credit deũ seipsum genuisse & fecisse. Ibidẽ

In secundo libro errata:

Primus error quãdo dicit angelos nõ statim a mundi principio ad hominũ tutelam eẽ decretos. Ca.xv.

Secũdus error dũ dicit deũ angelis præcepisse: ne terræ cõtagione maculẽtur. Ibidẽ

Tertius error dũ dicit diabolum angelos paulatim ad uitia pelexisse. Ibidẽ

Quartus error quando dicit angelos dei mulierũ cõgressibus inquinatos & filios genuisse. Ibidem

Quintus error q̃n dicit oẽs animas cælo creatas esse. Ca ix.

Sextus quando dicit cælum stelliferũ esse supremũ: & esse sedem ipsius conditoris: & ibi superos omnes habitare. Ca.x.

Septimus error quãdo dicit deum posuisse solem & lunã in firmamẽto. Ibidem

Octauus quãdo dicit animã ex dei substãtia esse decisam. Ca.x. & ca.xiii.

Nonus quãdo dicit deũ infinitas animas: seu infinitam multitudinẽ animarum principio procreasse. Ca.xi.

Pulcra cõtentio inter Ciceronẽ & Lactantium de materia prima. Ille æternam esse dicit: hic creatam nititur cõprobare. C.ix.

Sequitur incidẽs materia de induratione cordis humani de causa quoq; prædestinationis reprobationisq;. Ca.ix.

Decimus quando dicit deum post diluuiũ instituisse ut homines post centum uiginti annos nõ amplius uiuerent. Ca.xiiii.

Arguit Aristotelem qui mundi æternitatẽ posuit ipse autem a deo productam eẽ testatur: quod cũ uerissime dicatur: tamen ita exiletur ita unde aduersus eum philoso

phum arguitur somniare potius q̃ litigare: ne dicam disputare uideatur. Ca.xi.
Scribit de diluuio tēpore Deucalionis. & quid antea dixerit de diluuio obliuiosus eē (dignoscitur. Ca.xi.

Errata tertii libri.

P Rimus error i philosophia. quādo dicit si antipodes eēnt capita: deorsū haberent: pedes uero sursum. Et ubi uere sint antipodes: ibi docetur. Ca.xxiiii.

Secundus quādo Platoni dat uitio eū audisse dicere matrimonio esse omnia: sed tā illustrā philosophum nequaq̃ intellexit. Ca.xxi.

Sequitur defensio Platonis aduersus Aristotelem: qui Platonem ipsum & Socratē reprehendit: quod uoluerit uxores eē cōmunes. Ca.xxi.

Item Platonis alia defensio cōtra Aristotelem: qui illū & Socratē dānat quod uoluerit facultates esse cōmunes. Ca.xxi.

Tertius quādo dixit omnē philosophiam abiiciēdam: & eam prolixius insectatur de laubibus socratis & platonis Ca.xiiii.

Quarti libri errata

P Rimus quādo spiritus sācti oīno negat substātiā: & ibi incipit tractatus de trinitate personarum. Ca.vi.

Secundus error quādo dixit ex deo deum: scilicet filiū ex ploratione potuisse generari. Ca.viii. & etiam.xiii. & Ca.vii.

Tertius error qñando ait ꝙ pater filium: & filius patrem facit. Ca.xxi.

Quartus est quādo ait ꝙ integrum corpus christi e patibulo tractū est: ne læsū & minutū ad resurgendū inhabile redderetur. Ca.xxv.

Quintus error est quādo dicit christum in Galileam profectū noluisse iudeis ostendere: ne adduceret eos in pœnitētiā: & improbos resanaret: Ca.xx.

Sextus error est cū dicit pilatum in Chistū mortis sentētiā nequaq̃ ꝓtulisse. Ca.xviii.

Septimus error cū dicit Christū ipricipio adoloscētiæ a Ioāne eē baptizatū. Ca.xv.

Octauus error est quando dicit nihil credēdū quod oculis mortalibus cernitur: quia mortale sit necesse est. Ca.xxiiii.

Nonus error est qnādo dicit deū uirtute docere non posse: quia expers corporis nō faciet quæ docebit. Ca.xxiiii.

Decimus quando dicit Christū soluisse legē Moysi. Ca.xvii.

Libri sexti errata.

P Rimus error est quādo dicit eos eē stultissimos: q cādelas & cæreos i ecclesia succendunt. Ca.ii.

Secundus error est quando dicit nō esse congruens deū in nostrum adiutorium inuocari debere. Ca.ultio.

Reprehendit Lactātius Ciceronem, quod dixerit eum uirū bonum eē: qui prosit noceat nemini nisi lacessitus iniuria: sed ibi Cicero defenditur. Lactātius uero iure reprehēditur. Ca.xviii.

Quartus quādo dicit si quis liberos ob pauperiē nō poterit educare: sātius ē ut ab uxoris cōgressione cōtineat q̃ sceletatis manibus opera corrūpat. Ca.xx.

Disputatio pulcra ubi Lactātius reprehēdit Ciceronē nō recte sensisse de libertate & hospitalitate: & multis aliis: uerū calūniator est nō ueritatis assertor. Ca.xii.

Errata septimi libri.

P Rim⁹ error ē qñ dicit cōpletis sex milibus annorū mūdū desitutū eē. Ca.xiiii.

Secundus dum dicit ꝙ oīs expectatio de fine mundi nō amplius a se q̃ ducentorū uidetur annorum. Eodem loco &c. Ca.xxii.

Finis huius tabulæ.

[illegible]

[illegible] Ca.xv.

[illegible] quãdo [illegible] Ca.xvi.

[illegible] Ca.xvii.

[illegible] Ca.xviii.

[illegible] Ca.xix.

[illegible] Ca.xx.

[illegible] Ca.xxi.

[illegible] Ca.xxii.

[illegible] Ca.xxiii.

Decimus[illegible] error est quãdo multiplicat in ſuis elo[illegible] duos in fine mundi Antichri[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] quando [illegible] nocte & [illegible] aperui [illegible]

[illegible]

[illegible] Aut [illegible]

[illegible] Ca.xix.

[illegible] quãdo credit ante [illegible] multi [illegible] Anni[illegible]

[illegible] imprudens [illegible] ad modũ [illegible]

[illegible] contra Platonem disserere & disputare [illegible]

[illegible] argumentis.

[illegible] quãdo [illegible]

[illegible]

[illegible] quãdo [illegible]

Lactantius [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] error est quãdo dicit [illegible]

[illegible]

[illegible] error est quãdo [illegible]

[illegible]

[illegible] quãdo [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ioannis Andreæ episcopi Aleriensis ad Paulum secundum Venetum pontificem maximum epistola

LAboriosis recognitionibus nostris plures uidemus uerae humanitatis amore: delectari pater beatissime Paule secūde Venete pōtifex maxime. Iccirco aius impendio nobis crescit. uigilātius etiā q̄ antea laudabili quidē incœpto nō desse: neq; prius conatui huiusmodi parcere: q̄ summus nobis deus dignabitur præstare ut linguæ latinę: quibus i facultatibus potuerimus: circulū quod aiūt: absoluamus. Sumāt igitur studiosi abs te hoc tempore per nostros ingenuos opifices Lactantiū Firmianū semel ab his iterūq; impressum prius uō nullis in locis ,pfecto ueriorē. Hacq; opera cæterisq; omnibus quicūq; futurus est lector: sedulo sit oratus: ut ita de chartis nostris mēdas: si quæ illū offenderint: beniuolens ac minime cōtumelliosus tollat: ut nos de reliquorū libris demenda sine omni morsu uirulentiaq; curamus. Non enim errorū imputamus recognitiori ipsi amissorum ante nos codicum. Sed de prauatis exemplaribus culpam: experti satis nos quoq; in diemq; magis impendio experiētes incredibilis opus esse fælicitatis: ut sudoribus nostris exemplorum dentur subsidia: non uulgariū Collatis profecto uigiliis nostris ad reliquorum operas: facillime extabit differentia. Tu tantum pater beatissime: quod clemētissime facis atq; sanctissime: in christiana undiq; religione pacem perpetuo foue. studiis castis opitulare. Fælicitatē numinis tui nominisq;· hac mercede meritoq; diffunde: ut tuto potissimum tempore numerus uirorū cultissimus omnibus in facultatibus singularium excellenter augeatur. Non enim frustra omnipotens deus tam uberem ac facilem latinis præbuit te tanto pontifice ad cunctas immortales artis & diuina studia facultatem: ita fiet: ut diues sapientia: ditior catholica religiōe pontificatus tuus augustissimus: omni sit futuro tempore in animis & linguis mortalium: duraturus apud immortalem deū æterno regno coronandus illius: ope cuius in terris legitimus es uicarius. Romæ āno natalis dominici. MCCCCLXX. Pontificatus tui floridissimi anno sexto.

PROOEMIVM
L.COELII LACTANTII FIRMIANI DIVINARVM INSTITVTIONVM ADVERSVS GENTES DE FALSA RELIGIONE. LIBRI PRIMI PRAEFATIO AD IMPERATOREM CONSTANTINVM.

Q uanta sit & fuerit semper cognitio ueritatis. Et ꝙ nec sine religione sapientia: nec sine sapientia sit probanda religio. Capi. i:



AGNO & excellenti ingenio uiri cũ sese doctrinæ penitus dedissent: quicqd laboris poterat impẽdi. cõtẽptis oibus publicis & priuatis actionibus ad inqrẽdæ ueritatis studiũ cõtulerũt. existimãtes multo eẽ præclarius: humanarũ diuinarũ rerũ. inuestigare ac scire rõnẽ: q̃ struẽdis opibus aut cumulãdis honoribus inhærere. Q uibus rebus: (quoniã fragiles terrenæq; sunt: & ad solius corporis pertinẽt cultũ) nemo melior: nemo iustior effici potest. Erãt qdem illi ueritatis. cognitiõe dignissimi: quã scire tãto pere cupiuerũt. atq; ita ut eã rebus oibus anteponerẽt. Nã & abiecisse quosdã res familiares suas: & renunciasse uniuersis uoluptatibus cõstat: ut solã nudamq; uirtutẽ. aut ueritatẽ nudi expediti sequerẽtur tantũ apud eos uirtutis nomen atq; auctoritas ualuit. ut in ea omne summi boni præmiũ prædicarẽt. Sed neq; adepti sunt id qđ uolebat: & operã simul atq; industriã perdiderũt: qa ueritas id est arcanũ summi dei: quin fecit oia. ingenio: ac ꝓpriis nõ põt sensibus cõprræhẽdi: alio quin nihil inter deũ hoiemq; distaret: si cõsilia & dispositiões illius maiestatis æternæ. cognitio assequeretur humana. Q đ qa fieri nõ potuit: ut homini per se ipsum ratio diuina notesceret: nõ est passus hoiem deus lumen sapiæ requirẽtem diutius oberrare. ac sine ullo laboris effectu: uagari p tenebras inextricabiles. aperuit oculos eius aliquãdo: & notionẽ ueritatis munus suũ fecit. ut & humanã sapiam: nullã esse mõstraret: & errãti ac uago uiã cõsequẽdæ immortalitatis ostẽderet: Verũ quoniã pauci utũtur hoc cælesti beneficio ac munere: ꝙ obuoluta in obscuro ueritas lateat: eaq; uel cõtemptui doctis est. quia idoneis assertoribus eget: uel odio idoctis. ob iusitã sibi austeritatẽ: quã natũra hoium procliuis in uitia pati nõ põt. Nã quia uirtutibus amaritudo permixta est. uitia uero uoluptate cõdita sunt illa offensi: hac deliniti. ferũtur in præceps: ac bonorũ specie falsi. mala ꝓ bonis amplectũtur. Succurrendũ esse his erroribus credidi: ut & docti ad uerã sapiam dirigãtur. & indocti ad uerã religionẽ. Q uæ professio multo melior: utilior. gloriosior: putanda est. q̃ illa oratoria in qua diu uersari: nõ ad uirtutẽ: sed plane ad argutã malitiã iuuenes erudiebamus. Multo qppe nunc rectius de ꝑceptis cælestibus disseremus quibus ad cultũ uere maiestatis mẽtes hominũ instruere possimus. Nec tã de rebus humanis bene meretur quin sciam benedicẽdi affert: q̃ qui pie atq; innocẽter docet uiuere: idcirco maiore in gloria philosophi: q̃ oratores fuerũt apud græcos. Illi eni recte uiuẽdi doctores sunt existimati. qđ est lõge ꝑstabilius: qm̃ bene dicere ad paucos ptinet bene aũt uiuere ad oẽs: Multũ tñ nobis exercitatio illa fictarũ litiũ cõtulit: ut nunc maiori copia & facultate dicẽdi causam ueritatis peroremus. quæ licet possit sine eloquẽtia defendi ut est a multis sæpe defensa: tñ claritate ac nitore sermonis illustrãda: & quodã modo disserenda est: ut potẽtius in aios influat: & ui sua instructa. & luce orationis ornata. De religiõe itaq; nobis rebusq; diuinis instituitur disputatio. Nã si quidã maximi oratores

De quo sit dicturus

professionis suæ quasi ueterani: decursis opibus actionũ suarũ. postremo se philosophiæ tradiderũt eãq; sibi requiẽ laborũ iustissimã putauerũt: si aĩos suos in earũ rerũ quæ inueniri nõ poterãt inqsitõe torquerẽt. ut nõ tã ociũ sibi: q̃ negociũ quæsisse uideãtur: & qdẽ multo molestius q̃ in quo fuerãt ante uersati: quãto iustius ego me ad illã piam: uerã. diuinã sapiam: quasi ad portũ aliquẽ tutissimũ cõferã: in oĩa dictu prona sunt. auditu suauia: facilia intellectu. honesta susceptu. Et si quidã prudẽtes & arbitri æquitatis: institutiones ciuilis iuris compositas ædiderũt. quibus ciuiũ dissidentiũ lites contentionesq; sopirent. quanto melius nos & rectius diuinas institutiones litteris prosequemur in quibus nõ de stilicidiis aut aquis arcendis: aut de manu conserenda: sed de spe. de uita de salute: de immortalitate. de deo loquemur: ut superstitiones mortiferas erroresq; turpissimos sopiamus. Quod opus nunc nominis tui auspitio. inchoamus Constantine imperator maxime. qui primus romanorũ principũ: repudiatis erroribus. maiestatem dei singularis ac ueri: & cognouisti & honorasti. Nam cum ille dies fœlicissimus orbi terrarum illuxisset. quo te deus summus ad beatum imperii culmẽ euexit: salutarem uniuersis: & optabilem principatum: pclario initio auspicatus es. Cum euersam sublatamq; iustitiam reducens. teterrimũ aliorum facinus expiasti: pro quo facto dabit tibi deus fœlicitatem: uirtutẽ diuturnitatem. ut eadem iustitia qua iuuenis exorsus es gubernaculũ reip. etiam senex teneas tuisq; liberis: ut ipse a patre accepisti. tutelam romani nominis tradas. Nam malis. qui adhuc aduersus iustos & aliis terrarum partibus. sæuiunt quanto serius. tanto uehementius idem omnipotens mercedem sceleris exoluet: quia ut est erga pios indulgentissimus pater. sic aduersus impios rectissimus iudex: cuius religionem: cultumq; diuinum cupiens defendere. quem potius appellem? quem alloquar? Nisi eum per quem rebus humanis iustitia ac sapientia restituta est. Omissis ergo huiusce terrenæ philosophiæ auctoribus: nihil certi afferentibus: aggrediamur uiam rectam: quos quidem si putarem satis idoneos ad bene uiuendum duces esse: & ipse sequerer. & alios ut sequerentur hortarer. sed cum inter se magna concertatione dissideant: secumq; ipsi plærunq; discordent: apparet eorum iter nequaq̃ esse directum. siquidem sibi quique ut est libitum: proprias uias impresserunt: confusionemque magnam quærentibus ueritatem reliquerunt. Nobis autem qui sacramentum ueræ religionis accepimus. cum sit ueritas reuelata diuinitus: cum doctorem sapientiæ: ducemq; ueritatis deum sequamur. uniuersos sine ullo discrimine uel sexus uel ætatis ad cæleste pabulum conuocamus. Nullius enim suauior animo cibus est q̃ cognitio ueritatis: cuius afferendæ atque illustrandæ septem uolumina destinauimus: q̃uis ea res infiniti pene sit operis: & immẽsi ut siquis hæc dilatare atq; exequi plenissime uelit: tanta illi rerum copia exuperet: ut nec libri modum nec finem reperiat oratio. Sed nos iccirco breuiter omnia colligemus: ꝙ omnia quæ allaturi sumus tam clara sunt & lucida: ut magis mirũ esse uideatur tam obscuram uideri hominibus ueritatem: & his præcipue qui sapientes uulgo putantur uel ꝙ tantummodo instituendi uobis homines erunt. hoc est ab errore quo sunt implicati: ad rectiorem uiam reuocandi. Quod si facrimus ut spero assecuti: mittemus eos ad ipsum doctrinæ uberrimum fontem ac plenissimum: cuius haustu atq; potu: conceptam uisceribus sitim sedent ardoremq; restinguant. Eruntq; illis omnia facilia: prona manifesta: modo ne pigeat ad percipiendam sapientiæ disciplinam legendi uel audiendi patientiam cõmodare. Multi eni uanis superstitionibus pertinaciter inhærentes obdurãt se contra manifestam ueritatẽ: nõ tam de suis religionibus: quas praue asserunt bene meriti q̃ de se male: qui cum habeant iter rectum: deuios sequũtur anfractus: planum dese

Diuisio opis in septẽ ptes

runt: ut per præcipicitiũ labãtur. lucẽ relinquũt: ut in tenebris cæci ac debiles iaceant His cõsulẽdũ est: ne cõtra se pugnẽt: uelintq́; se tãdẽ ab inueteratis erroribus liberari: qđ utiq́; faciẽt: si qua re sint nati aliquando peruiderint. Hæc. n. prauitatis est cã ignoratio sui: quã si quis cognita ueritate discusserit: sciet quo referẽda: & queadmodũ sibi uita degenda sit. Cuius scientiæ breuiter summam circũscribo: ut neq́; religio ulla: sine sapientia suscipienda sit nec ulla sine religione probanda sapientia.

De errore philosophorũ euacuãtiũ ꝓuidẽtiã: & publica statuẽtiũ fide. Cap. ii.

SVsceptio igitur illustrãdæ ueritatis officio, nõ putaui adeo necessariũ ab illa quæstiõe principiũ sumere, que uidetur prima eẽ natura. Sit ne ꝓuidẽtia: quę rebus oĩbus cõsulat, an fortuitu uel facta sint oĩa uel gerant͏̃. Cuius sciẽtiæ auctor ẽ Democritus, cõfirmator Epicurus, sed & antea Pythagoras, qui deos in dubium uocauit, & postea Diagoras qui exclusit. & alii nonnulli qui nõ putauerunt deos esse. quid aliud effecerũt. ut nulla esse prouidentia putaretur? quos tamẽ cæteri philosophi ac maxime stoici acerrime retuderunt, dicentes nec fieri mundum sine diuina ratione potuisse. nec constare nisi summa ratione regeretur. Sed & M. Tullius q̃uis academicæ disciplinæ defensor eẽt, de: ꝓuidẽtia gubernatrice rerum, & multa & sæpe diseruit stoicorũ argumẽta cõfirmãs & noua ipse asserẽs plurima: quod facit tũ in oĩbus suæ philosophiæ libris: tũ maxime in his qui sunt de natura deorũ. Nec difficile sane fuit paucorũ hoĩum praue sentientiũ redarguere mẽdacia: testimõio populorũ atq́; gẽtiũ in hac una re nõ dissidẽtiũ Nemo ẽ eni tã rudis: tã feris moribus: q nõ oculos suos in cælo tollẽs: tametsi nesciat cuius dei ꝓuidẽtia regatur hoc oẽ: qđ cernitur: aliquã tamẽ eẽ intelligat ex ipsa rerũ magnitudine: motu: dispositiõe, cõstãtia: utilitate, pulchritudine, tẽperatiõe Nec posse fieri quin id qđ mirabili rõne cõstat: nisi cõsilio maiore aliquo sit instructũ. Et nobis utiq́; facilimũ ẽ exequi hanc prẽ: quã libet copiose. Sed qa multũ iter philosophos agitata res ẽ: & ꝓuidenitiã tollẽtibus satis respõsũ uidetur ab hominibus argutis & eloquentibus: & de sollertia diuinæ ꝓuidentiæ per totũ hoc opus: quod suscepimus: sparsim, dicere nos necesse est. Omittamus hanc in præsenti quæstionẽ, quæ cũ cæteris sic cohæret: ut nihil a nobis disseri posse uideatur: ut nõ simul de ꝓuidentia disseratur.

Democritus epicurus Pythagoras Dyagoras negauerũt prouidentiã: M. Tullius stoycos secratus potuit deũ reã pare oia.

An potestate unius dei mũdus regatur: an multorum: Cap. iii.

SIt igit͏̃ nostri operis exordiũ quæstio illa cõsequens ac secũda. Vtrũ potestate unius dei mũdus regatur: an ne multorũ? Nemo ẽ qui deũ sapiat: rationẽq́; secũ putet, qui nõ unũ eẽ intelligat: qui & cõdiderit oĩa & eadẽ quæ cõdidit: uirtute moderetur. Quid eni multis opus est ad mũdi regimen sustineodũ? nisi forte arbitremur si plures sint: minus habere singulos neruorũ atq́; uiriũ. Qđ quidẽ faciũt ii qui eẽ multos uolũt quia necesse est imbeciles eẽ: siquidẽ singuli sine auxilio reliquorũ: tãtæ molis gubernaculũ sustinere nõ possent. Deus autẽ qui est æterna mens: ex oĩ utiq́; parte perfectæ cõsumatæq́; uirtutis ẽ. Quod si uerũ est: unus sit necesse ẽ. Potestas. n. uel uirtus absoluta: retinet suã ꝓpriã firmitatẽ. Id autẽ solidũ extimãdum est: cui nihil decedere: id pfectũ, cui nihil possit accidere. Quis dubitet potentissimũ esse regem: qui totius orbis habet imperiũ? neq́; immerito cũ illius sint quæ ubique sũt oĩa, cũ ad eum solum omnes, undique copie cõgregantur. At si plures ptiãtur orbẽ: minus certe, opũ: minus uirium singuli habebunt, cum itra præscriptã portionem se quisque contineat. Eodẽ etiã, modo: si dii plures sint minus ualebunt: aliis tantũdem in se habẽtibus. Virtutis autẽ perfecta natura nõ potest esse nisi in eo in quo totũ est: q̃ in eo in quo pars exiguade toto est. Deus uero si perfectus est, quia perfectus est (tu esse debet) nõ potest

Primr

esse nisi unus: ut in eo sint omnia. Deorum igitur uirtutes ac ptãtes infirmiores sint ne cesse est: quia tantum singulis deerit quantum in cæteris fuerit: ita quãto plures. tanto minores erunt. Quid ꝙ illa summa rerũ potestas ac diuina uis ne semel quidẽ diuidi potest? Quicquid enim capit diuisionem: & interitum capiat necesse est. Si autem interitus procul est a deo: quia incorruptibilis est & æternus: consequens est ut diuidi potestas æterna nõ possit. Deus ergo unus est: si nihil aliud esse potest: quod tantundem capiat potestatis. At hi tamẽ qui multos esse arbitrantur. officia inter se dicunt esse partitos. de quibus omnibus suo loco disputabimus. Illud interim quod ad præsentem locum pertinet: teneo. Si partiti sunt officia inter se. eodem reuoluitur res: ut ex his quilibet. sufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur iã nõ erit qui cessantibus cæteris. nõ potest omnia gubernare. Ita fit ut ad regendum mundum unius perfecta uirtute magis opus sit: q̃ imbecilitate multorum. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab uno regi: fallitur. nec. n. quãta sit uis as ptãs diuine maiestatis intelligit: si existimat singularem deum qui facere mundũ potuit. eundẽ regere nõ posse quẽ fecit. At si cõcipiat animo quanta sit diuini huius operis immensitas: cum antea nihil esset. tamẽ uirtute atq; consilio dei ex nihilo esse conflatã. quod opus nisi ab uno inchoari perficiq; non potuit: iam intelliget multo facilius ab uno regi quod est ab uno constitutum. Dicat fortasse aliquis: ne fabricari quidem tam immensum opus mũdi: nisi a pluribus potuisse. quanlibet multos: qualibet magnos faciat: quicquid in multis magnitudinis. potestatis: uirtutis. maiestatisq; posuerit: id totum in unum confero. & in uno esse dico: ut tantum in eo sit istarum rerum. quãtum nec excogitari: nec dici potest. Qua in re. quoniam & sensu dificimus: & uerbis. quia neq; tãtæ intelligentiæ lucẽ: pectus humanum neq; explanatioẽ tantarũ rerum capit lingua mortalis: idipsũ intelligere nos oportet. ac dicere. Video rursus quid: e contrario dici possit. Tales esse illos plures: qualem nos uolumus unum. At hoc fieri nullo pacto potest. ꝙ singulorum potestas progredi lõgius non ualebit: occurrentibus sibi potdstatibus cæterorum. Necesse est enim ut suos quisq; limites aut transgredi nequeat: aut si transgressus fuerit suis alterum finibus pellat. Non uident qui deos multos esse credũt. fieri posse: ut aliquid diuersum uelint ex qua re disceptatio inter eos & certamen oriatur sicut Homerus bellantes inter se deos finxit cum alii Troiã capi uellent: alii repugnarent: Vnius igitur arbitrio mundum regi necesse est. Nisi enim singularum partium potestas. ad unã prouidentiam referatur: non poterit summa ipsa constare unoquoq; curante nihil amplius: q̃ quod ad eum proprie pertineat. Sicut ne res quidem militaris: nisi unum habeat ducem atq; rectorem. Quid si in uno exercitu tot fuerint imperatores: quot legiones. quot cohortes: quot cunei. quot halæ: primum: nec instrui poterit acies. unoquoq; periculum recusante. nec regi facile: aut temperari. ꝙ suis ꝓpriis consiliis utantur omnes: quorũ diuersitates plus noceant: q̃ prosint. Sic in hoc rerum naturæ imperio: nisi unus fuerit ad quem totius summæ cura referatur: uniuersa soluentur. & corruent. Dicere autem multorum arbitrio regi mũdum: tale est. quale si quis affirmet: in uno corpore multas esse mentes quoniam multa & uaria sunt ministeria membrorum: ut singulos corporis sensus. singulæ mentes regere credantur. Item multi affectus quibus commoueri solemus uel ad iram. uel cupiditatẽ: uel lætitiam: uel metum: uel ad miserationem: ut in his oĩbus totidem mentes putentur operari. Quod si quis profecto dicat: ne ipsam quidẽ quæ una est habere uideatur: quod si in uno corpore tantarũ rerũ gubernationem mens humana possideat: & uniuersis simul intenta est: cur aliquis existimet mũdum nõ posse ab uno regi: a pluribus

Quid nõ sit nisi unꝰ deus Quomodo deus sit indiuisibilis.

Comparatio optima confutãs pl'ures eẽ deos

posse? Quod qa intelligunt isti assertores deorũ ita eos praeesse singulis rebus: ac parti bus dicunt: ut tamen unus sit rector eximius. Iam ergo caeteri dii: nõ erunt: sed satellites ac ministri: quos ille unus maximus & potens omniũ officiis his prefecerit: ut ipsi eius imperio ac nutibus seruiãt: si uniuersi pares nõ sũt: nõ igitur ditioẽs sũt. Nec. n. põt hoc idẽ eẽ qđ seruit. & qđ dominatur. Nã si deus ẽ nomẽ sũmae potestatis: incorruptibilis eẽ debet perfectus. impassibilis: nulli rei subiectus. ergo dii non sunt: quos parere uni maximo deo necessitas cogit.

Prophetarum asseri testimoniis ꝙ unus tantũ sit deus.

s Ed qa nõ frustra falluntur hi: q hoc putãt cãm hui⁹ erroris paulo post aperiemus. Nunc unitatẽ diuinae potestatis testimoniis cõprobemus. Prophetae qui fuerũt admodũ multi: unũ deũ praedicãt: unũ loquũtur. qppe q unius dei spiritu pleni: quae futura essent. pari & cõsona uoce praedixerunt. At. n. ueritatis expertes nõ putãt his esse credẽdum. illas. n. nõ diuinas: sed humanas uoces fuisse aiũt: uidelicet qa de uno deo praeconiũ faciũt: aut insani. aut mẽdaces fuerũt. Atqui ĩpleta eẽ in plaeris ꝙ quotidie illorũ uaticinia uidemus: & in unã sniam congruens diuinatio: docet non fuisse furiosos. Quis. n. mẽtis semotae: nõ modo futura praecinere. sed ẽt cohaerẽtia loqui possit? Nũ ergo fallaces erãt q talia loquebãtur? qđ ad his tam lõge alienũ fuit: q̃ ratio fallendi? cum caeteros ab omni fraude cohiberent. Iccirco enim a deo mittebantur. ut & praecones essent maiestatis eius: & correctores prauitatis humanae. Praeterea uoluntas fingendi ac mẽtiendi eorũ est. qui opes appetũt. lucra desiderãt. quae res procul dubio ac illis sanctis uiris abfuit. Ita eni delegato sibi officio functi sunt: ut derelictis omnibus ad tutelam uitae necessariis: nõ mõ in futurũ sed ne in diẽ quidẽ laborarent: cotẽti ex tẽporali cibo quẽ deus subministrasset. & hi. nõ modo quaestũ ullũ habuerũt: sed etiã cruciatus atq; mortẽ. Amara sunt eni uitiosis ac male uiuentibus praecepta iustitiae. Itaq; hi quorũ peccata arguebãtur: & ꝓhibebãtur. excruciatos eos acerbissime necauerunt. Ergo: a: quibus abfuit studiũ lucri. abfuit etiã uoluntas & cã fallẽdi. quid ꝙ aliqui eorũ principes aut etiam reges fuerunt. in quos cadere nõ posset suspicio cupiditatis ac fraudis: & tamen praeconium dei singularis: eadem. quam caeteri diuinatione fecerunt.

Quomodo ꝓphete uera dixerunt

De testimoniis poetarum. et unitate dei

s Ed omittamus sane testimonia ꝓphetarũ: ue minus idonea ꝓbatio uideat̃ esse de quibus his omnino nõ credit̃. Veniamus ad auctores. & eos ipsos ad ueri ꝓbationem testes citemus: quibus contra nos uti solent: poetas dico ac philosophos: ex his unũ deũ probemus necesse est. nõ ꝙ illi habuerint cognitã ueritatẽ: sed ꝙ ueritatis ipsius tãta uis ẽ: ut nemo possit esse tã caecus: qui nõ uideat ingerẽtẽ se oculis diuina claritatẽ. Poetae igitur q̃uis deos carminibus ornauerint. & eos res gestas ãplificauerint sũmis laudibus. saepissime tamẽ cõfitẽtur spiritu uel mente una: cõtineri regi ꝙ oia. Orpheus qui est uetustissimis poetarũ: & aequalis ipsorũ deorũ. siquidẽ traditur inter argonautas cũ Tyndaridib⁹ & Hercule nauigisse. deũ uerũ & magnũ πρωτογονον. i. primo genitũ appellat: ꝙ ante ipsam: nihil sit genitũ: sed ab ipso sint cũcta generata. Eũdẽ ẽt φάνητα. i. illuminatorem nominat. quoniã cũ adhuc nihil esset: primus ex infinito apparuerit & extiterit. cuius originẽ atq; naturã: quia cõcipere aio nõ poterat: ex aere imenso natũ esse dixit πρωτογονος φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱο. i. pricipio genitus Pheaton longo aere natus. Aliud. n. amplius qđ diceret: nõ habebat. Hunc ait esse oium deorũ parentẽ: quorũ cã coelum cõdiderit: liberisq; ꝓspexerit. ut haberent habitaculũ sedẽq; cõmunẽ ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον. i. condidit imortalibus

Orpheus de deo quid sentiat

domū īcorruptibilē. Naturā igitur huc rōe ducēte intellexit eē præstātissimā potentiā cœli ac terræ cōditricē. Nō poterāt enī. Iouem diicere esse principē rerū: qui erat saturno genitus. neq; saturnū ipsum: qui cœlo natus ferebatur. Cœlum aūt tanq̄ deū primū cōstituere nō audebat: quod uidebat esse elementū mūdi. qđ ipsū egerit auctore. Hæc

Homerus eū ratio perduxit ad illū deū primogenitū: cui assignat & tribuit principatū. Homerus nihil nobis dare potuit: qđ ptineat ad ueritatē: qui humana potius q̄ diuina conscripsit.

Hesiod9 posuit chaos oīum esse principiū Potuit Hesiodus. q deorū generationē unius libri opere cōplexus est: sed tamē nihil dedit: nō a deo cōditore sumens exordium: sed a Chao: qđ est rudis inordinatæq; materiæ cōfusa cōgeries: cū explanare aū debuerit chaos ipsū: unde quādo. quomodo eē aut cōstare cœpisset. Nimirū sicut ab aliquo artifice: disposita. ordinata effecta sūt oīa: sic ipsā materiam fictam esse ab aliquo necesse est. Quis igitur hāc nisi dominus fecerit: cuius potestati subiacēt omnia: Sed refugit hoc ille dum horret incognitam ueritatē. Nō enī musarum instinctu: sicut uideri uolebat: in Helicone: carmē illud effudit: sed meditatus

Maro uenerat & paratus. Nostrorum primus Maro non longe fuit a ueritate: cuius de summo deo: quem spiritum ac mentem nominauit: hæc uerba sunt.

Principio cœlum ac terras: camposq; liquentes:
Lucentemq; gladium lunæ. titania astra. Spiritus intus alit: totamq; insula per artus
Mens agitat molem: & magno se corpore miscet. Ac nequis forte ignoret: quisuā esset ille spiritus: q tantū haberet ptātis: declarauit alio loco dicens. Deū nāq; ire per omnes: Terrasq; tractusq; maris: cœlūq; pfundū. Hic pecudes. armēta. uiros genus oē ferarū

Ouidius Quenq; sibi tenuis nascentē accēsere uitas. Ouidius quoq; in principio præclari operis sine ulla nominis dissimulatione: a deo quē fabricatorem mundi: quem rerum opificem uocat: mundum fatetur instructum. Quid si uel Orpheus: uel hi nostri quæ natura ducente senserunt in perpetuum defendissent: eandem quam nos sequimur doctrinā

Thales milesius aquā dixit oīum esse prīcipium comprehensa ueritate tenuissent? Sed hactenus de poetis: ad philosophos ueniamus: quorum grauior est auctoritas: certiusq; iudicium: quia non rebus commentitiis sed in uestigandæ ueritati studuisse creduntur. Tales milesius: qui unus enumero septem sapientium fuit: qui primus oīum quæsisse de causis naturalibus traditur: aquam esse dixit: a qua nata sunt omnia. Deum autē esse mentē: quæ ex aqua cuncta formauerit. Ita materiā oīum rerum posuit in humore: principiū cāmq; nascēdi posuit in deo. Pythago

Pythagoras ras ita diffiniuit qđ esset deus: animus qui per uniuersas mūdi partes oēmque naturam cōmeās atque diffusus: ex quo oīa quæ nascūtur animalia: uitā capiūt. Anaxagoras de

Anaxagoras um esse dixit infinitā mētē: quæ per seipsā moueatur. Antisthenes multos quidē eē po

Atisthenes pulares deos unū: unū tamē naturalē: summæ totius artificē. Cleātes & Anaximenes

Cleantes & Anaximenes æthera dicunt esse summum deum: cui opinioni poeta noster assensit
Tum pater oīpotēs fœcūdis hymbribus æther. Cōiungis in gremiū lætæ descendit: & oēs Magnus alit: magno permixtus corpore fœtus. Chrysippus naturalem uim diuina

Chrysippus rōne præditā: interdū diuinā necessitatē deū prædicat. Itē Zenō diuinā: naturalēquem legem. Horū. n. oīum sentētia q̄uis sit incerta: eodē tamē spectat: ut puidētiam unam esse consentiant: siue enī natura. siue æther. siue ratio. siue. mens. siue fatalis necessitas: siue diuina lex: siue quid aliud dixeris: idem est quod a nobis dicitur deus. Nec obstat

Zenō. appellationem diuersitas: cum psa significatione ad unum oīa reuolantur. Aristoteles

Aristoteles q̄uis ipse secū dissideat: ac repugnātia sibi & dicat & sentiat: in summū tamē unā mētē mūdo præesse testatur. Plato qui oīum sapiētissimus iudicatur: monarchiā plene apte

Plato que defēdit: nec æthera: aut rationē: aut naturā: sed ut ē deū nominat: ab eo mūdū hunc

ꝑfectum atque mirabilẽ eẽ fabricatũ. Q uẽ Cicero secutus atque imitatus in plurimis Cicero
deum confitetur: ac supremũ uocat in his libris: quos de legibus scripsit: ab eoque regi
mundũ argumentatur: cũ disputet de natura deorũ hoc mõ. Nihil est præstãtius deo
ab eo igitur mũdũ regi necesse ẽ. Nulli igitur ẽ naturæ obediẽs aut subiectus deus: oẽm
ergo regit ipse naturã. Q uid autẽ sit deus: in cõsolatiõe difinit. Nec uero deus ipse q in
telligitur a nobis. alio modo intelligi põt nisi mens soluta quædã & libera segregata ab
omni cõcertatione mortali. oĩa sentiẽs: & oĩa mouẽs. Annæus quoque Seneca qui ex ro Seneca
mãis uel accerimus stoicus fuit: q̃ sæpe summũ deũ merita laude ꝓsequitur. Nã cũ de stoicus
ĩmatura morte dissereret. nõ intelligis inquit auctoritatẽ ac maiestatẽ iudicis tui? recto
ris orbis terrarũ: cœlique & deorũ oĩum dei a quo ista numina quæ singula adorem⁹ &
colimus: suspẽsa sunt. Itẽ in exhortationibus. Hic cũ prima fundamẽta molis pulcher-
rimæ iaceret: & hoc ordiretur: quo neque maius qcq̃ nouit natura: nec melius: ut omnia
sub ducibus suis irent: q̃uis ipse p totũ se corpus ĩtẽderat: tñ ministros regni sui deos ge
nuit. Et q̃ multa alia de deo nr̃is similia locutus ẽ quæ nũc differo: ꝙ aliis locis opportu
niora sunt. Nũc satis est demõstrare sũmo ingenio uiros attigisse ueritatẽ ac pene tenu-
isse: nisi eos retrorsũ infucata prauis puniõibus cõsuetudo rapuisset: q̃ & deos alios esse
opinabantur. Et ea quæ in usũ hoĩbus deus fecit: tanq̃ sensu prædita eẽnt: ꝓ diis hẽnda
& colenda credebant. De testimoniis ꝓphetarũ & philosophorũ. &
de testimoniis Cottæ pontificis Trismegisti: & de decem Sibyllis Cap. vi.

Vnc ad diuina testimonia trãseamus: sed prius unũ proferã: qđ ẽ simile diuĩo
n & ob nimiã uetustatẽ: & ꝙ is quẽ nominabo: ab hoĩbus inter deos relatus ẽ.
Apud Ciceronẽ. C. cotra põtifex disputans cõtta stoicos de religionibus & de
uarietate opinionũ: quæ solẽt eẽ de diis: ut more academicorũ oĩa faceret incerta: quiꝗ̃
fuisse Mercurios ait: & enumeratis per ordinẽ quatuor: quintũ fuisse eum: a quo Argus
occisus sit: ob eãque cãm in Aegyptũ ꝓfugisse: atꝗ ægyptiis leges ac litteras tradidisse.
Hunc ægyptii ϖρουΥῆα appellant: a quo apud eos primus anni sui mẽsis. i. september
nomẽ accepit. Idẽ cõdidit oppidũ: qđ ẽt nũc græce uocatur Mercurii ciuitas: & Phae-
matæ seruãt: & colũt eũ religiose. Q ui tãetsi hõ fuerit antiqssimus: tamẽ & instructissi
mus oĩ genere doctrinæ. adeo ut ei multarũ rerũ & artiũ scientia Trismegisti cognomẽ Mercuri
ĩponerẽt. Hic scripsit libros & quidẽ multos: ad cognitionẽ diuinarũ rerũ ptinentes: in us eris
quibus maiestatẽ summi ac singularis dei asserit: hisdẽque nominibus appellat quibus magnus
nos deũ & patrẽ: ac ne quis nomẽ eius reqreret: ἀνώνυμον esse dixit: eo ꝙ nominis pro quid de-
prietate non egat: ob ipsam. s. unitatem: ipsius hæc uerba sunt. ὁ δὲ θεὸς ὁ εἷς ὀνομά deo sẽtiat
τοῦ προσδέεται ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος. id est. Deus aũt unus: unus autẽ nomine
nõ eget: quin est sine nomine est. Deo igitur nomen nõ est: quia solus est: nec opus ẽ ꝓ
prio uocabulo: nisi cũ discrimẽ exigit multitudo: ut unã quanque personam sua nota:
& appellatiõe designes. Deo autẽ quia semper unus est: ꝓprium nomẽ est deus. Super
est de responsis: carminibus que sacris testimonia: quæ sunt multo certiora proferre.
Nam fortasse hi: contra quos agimus: nec poetis putant esse credendũ: tanquam uana
fingentibus: nec philosophis. qui errare potuerunt: quia & hi homines fuerunt. M. Var
ro. quo nemo unq̃ doctior: ne apud græcos quidem neque apud latinos uixit: in Libris
rerum diuinarum. quos ad. C. Cæsarem scripsit pontificem maximum: cum de quinde
cim uiris loqueretur. sibyllinos libros ait nõ fuisse unius Sibyllæ: sed appellari uno no
mine sibyllinos: ꝙ omnes fœminæ uates. Sibillæ sunt a ueteribus nuncupatæ: uel ab
unius Delphidis nomine. uel a consiliis deorũ denunciãdis. σιοὺς enim deos nõ θεοὺς

& consilium nõ βουλὴν sed βουλίαν appellabât æolico genere sermõis. Itaq; Sibyllã dictam esse quasi θεοβουλίαν. Cæterũ Sibyllas decem numero fuisse: easq; omnes enumerauit sub auctoribus: qui de singnlis scriptitarunt. Primam fuisse de Persis: cuius mentionem fecerit Nicanor qui res gestas Alesandri Macedonis scripsit. Secundam Libycam: cuius meminit Euripides in Limiæ ꝓlogo. Tertiam Delphicam: de q̃ Chrysippus loquit̃ in eo libro: quem de diuinatione composuit. Quartam Cumæam in Italia: quam Neuius ĩ libris belli punici: Piso in annalibus nominat. Quintam Erythræam: quam Apollodorus Erythræus affirmat suam fuisse ciuem. Eamq; graiis Iliũ petentibus uaticinatam & peiturã esse Troiam: & Homerũ mendatia scripturũ. Sextã samiam: de qua scripsit Erathostenes in antiquis annalibus samiorũ reperisse scriptum. Septimam Cumanam nomine Amaltheam: quæ ab aliis Demophiletis Herophile nominat̃: eamq; nouem libros attulisse ad regem Tarquiniũ Priscum: ac ꝓ eis trecentos philippeos postulasset: regem q; aspernatum præcii magnitudinem & derisisse mulieris isaniam: illã in cõspectu regis tres cõbussisse: ac ꝓ reliqs idẽ preciũ postulasse. Tarqnium multo magis mulierem insanire putasse. Quæ denuo tribus aliis exustis: cum in eodem precio perseueraret: motũ esse regem: ac ressiduos trecẽtis aureis emisse: quorũ postea numerus sic auctus: capitolio refecto ex omnibus ciuitatibus & italicis & græcis & præcipue erythreis coacti allatiq; sunt romam: cuiuscunq; Sibylle nomine fuerunt. Octauam Hellespõticam in agro troiano natam uico Marinesso circa oppidum Girgithium: quam scribit Heraclides ponticus solonis & Cyri fuisse tẽporibus. Nonam Phrygiam: quæ uaticinata sit Anciræ. Decimã Tiburtẽ noĩe Albumeã: quæ Tiburi colit̃ ut dea iuxta ripas amnis Amenis: cuius in gurgite simulachrũ eius inuentũ eẽ dicit̃ tenens ĩ manu librũ. Cuius sacras senatus ĩ capitolliũ abstullerit. Harũ oĩum sibyllarũ carmina & ferunt̃ & habent̃ præterq̃ Cumeæ: cuius libri a Romanis occulunt̃ nec eos nisi a quindecim uiris ĩspici fas ẽ. Et sũt singularũ singuli libri: qui quia sibyllæ noĩe scribũtur: unius eẽ creduntur: suntq; confusi: nec discerni ac suum cuiq; assignari potest præter erythreæ: quæ & nomen suum carmini uerum inseruit: & erythræam se nominatum iri prælocuta est: cũ eẽt orta Babiloniæ: sed & nos cõfuse sibyllã dicemus sicubi testimoniis earũ fuerit abutẽdũ. Oẽs igit̃ hæ sibyllæ unũ deum prædicant: maxime tamẽ erythæa: quæ celebrior inter ceteras ac nobilior habet̃ siquidẽ Fenestella diligentissimus scriptor de. xv. uiris dicẽs ait. Restituto capitolio rettulisse ad se. C. Curionẽ cõ. ut legati erythras mitterentur: q carmina sibyllæ cõqsita Romã deportarẽt. Itaq; missios eẽ. P. Gabinium. M. Octatiliũ. L. Valeriũ: q descriptos a priuatis uersus circa mille Romã deportarũt: idẽ supra ostẽdimus dixisse Varronẽ. In his ergo uersibus quos legati Romã attulerũt: de uno deo hæc sunt testimonia: εἷσ θεοσ οσ μονοσ εστ ἄλοσ ὀ ὑπερμεγέθησ ἀγένητοσ. i. unus de⁹ q solus pricipat̃: ĩsq; amplissim⁹ ĩcreat⁹. Hũc eẽ solũ deũ sũmũ q cœlũ fecerit: lũinibusq; distixerit ἀλλὰ θεὸσ μονοσ εἷσ πανυπέρτατοσ οσ πεποίηκεν οὐρανὸν ἠέλιον τε ἀσ ἠδὲ σελήνην καρποφόρον γαῖαν τε καὶ ὕδατοσ οἰδματα ποντου. i. sed deus solus unus eminentissimus: qui fecit cœlum soleq; & stellas: lunãq; fructiferãq; terrã & aquæ maris fluctus. Qui: quõ solus sit ædificator mundi & artifex rerũ uel qbus cõstat: uel q̃ i eo sũt solũ coli oportere testat̃ αὐτὸσ τὸν μονον ὄντα σέβεσθε ἡγήτορα κόσμου ὃσ μονοσ εἰσ αἰῶνα ἐξ αἰῶνοσ ἐτύχθη idest ipsum q solus est: colite pricipẽ mũdi: q solus ẽ i sæculũ atq; a sæculo factus. Item alia Sibylla quæcumq; est. cum pferre se ad homines dei uocem diceret: sic ait. μονοσ γὰρ ἐιμὶ θεὸσ καὶ οὐκ ἐστὶ θεὸσ ἄλλοσ: id est solus enim deus sum: & non alius. Exe-

Quot sint sibyllæ & quibus noĩbus nuncupent̃:

Fenestella auctor

querer nũc testimonia cæterarũ.nisi & hæc sufficerẽt: & illa oportunioribus locis reser uarẽ. Sed cũ defendamus cãm ueritatis apud eos qui aberrãtes a ueritate falsis religio nibus seruiũt.quod genus probatiõis aduersus eos magis adhibere debemus: q̃ ut eos deorum suorum testimoniis reuincamus.

De testimoniis Apollinis & deorum.

a Pollo enim quem præter cæteros diuinum maximeq; fatidicum existimãt: Colophonæ respondens quod Delphis credo emigrauerat: amœnitate duct9 Asiæ: querenti cuidam quis esset: aut quid esset omnino deus: respondit uigin ti & unũ uersibus. quorum hoc principium est ἀυτοφυὴς ἀδίδακτος ἀμήτωρ ἄστυφέλικτος οὔνομα μὴδὲ λόγῳ χωρούμενον ἐν πυρὶ ναίων τοῦτο θεός μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς: id est Ex se ortus indoctus sine matre inexpugnabilis nomen: nec uerbo capiendum: in igne habitans modica autẽ dei portio angeli nos. Nunquid potes suspicari de ioue esse dictum qui matrem habuit & nomen. Quid quod Mercurius il le ter maximus: cuius supra mentionem feci. nonmodo sine matre: ut Apollo: sed sine patre quoq; appellat deum: q, origo illi nõ sit aliunde. nec enim potest ab ullo generari: qui ipsi uniuersa generauit. satis ut opinor & argumentis docui: & testibus confirmaui qd per se satis clarũ est. Vnũ esse regẽ mundi: unũ patrẽ: unũ deũ. Sed fortasse quærat aliquis a nobis idem: illud qd apud Ciceronẽ quærit Hortensius. Si deus unus est: quę esse beata solitudo queat: tanq̃ nos qui unũ eẽ dicimus desertũ ac solitariũ dicamus. Ha bet.n. ministros: quos uocamus nuncios. Et est illud uerũ qd dixisse in exhortationib9 Senecam supra rettuli: genuisse regni sui ministros deũ. Verũ hi neq; dii sunt: neq; de os se uocari aut coli uolunt: quippe q nihil præter iussum ac uoluntatẽ dei faciant. Nec tamẽ illi sunt q uulgo colũtur: quorũ & exiguus & certus est numerus. Quod si culto res deorũ ipsos eos se colere putant: quos summi dei ministros appellamus: nihil est q, nobis faciãt inuidiã: qui unũ dicamus: multos negemus. Si eos multitudo delectat: nõ duodecim dicimus: aut trecentos sexaginta quinq; (ut Orpheus) sed innumerabiles eẽ arguimus eorũ errores: q tam paucos putãt. Sciant tamen quo nomine appellari debe ant: ne deum uerum uiolent cuius nomen exponunt dum pluribus tribuunt. Credant Apollini suo: qui eodem illo responso: ut Ioui principatum: sic etiam cæteris diis abstu lit nomen. Tertius.n. uersus ostendit dei ministros: nõ deos: sed rerũ ministros appella ri oportere. De se q. dẽ ille mẽtius est: q cũ sit e numero dæmonũ angelis se dei aggrega uit: dũ deniq; in aliis responsis dæmonẽ se esse cõfessus est. Nam cũ interrogaretur quo modo sibi supplicari uellet: ita respondit πάνσοφε πάντα δίδακτε ὁ πολύστροφε κλῦθι δαῖμον id est oĩa sapiens: oĩa docte: qui per cũcta uersaris exaudi dæmon. Itẽ rursus cum præces in Apollinem sminthium rogatus exprimeret: ab hoc uersu exorsus est: ἁρμονίη κόσμοιο φαεσφόρε καὶ σοφὲ δαῖμον id est coaptatio mũdi & omnino lucide. & sa piens dæmõ. Quid ergo superest nisi ut sua cõfessione uerberibus ueri dei ac pœnæ sub iaceat sempiternæ. Nam in alio responso ita dixit δαίμονες οἳ κοίτων σιπερὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον ἀκάματοι δαμνῶνται ὑπὸ μάστιγι θεοῖο .i. dæmones qui degunt circa terram & circa pontum indefessi: domantur sub flagellis dei. De utrisq; generibus in ii. libro disseremus. Interim nobis sat est q, dum se honorare uult: & in cœlo collocare: cõ fessus est id quod: quod res se habet: quomodo sint appellandi q deo semp assistũt. Re trahant ergo se hoĩes ab erroribus & abiectis religionibus prauis: parentem suum: do minumq; cognoscant: cuius nec uirtus existimari potest: nec magnitudo pspici: nec pri cipium compræhendi; cum ad illum: mentis humanæ intentio & acumen & memo

Apollo qd deũ eẽ dixerit

Orpheus auctor

ria puenerit.quæ subactis & consumatis oibus uiis substitit. Hæret:deficit. nec est ali quid ulterius quo progredi possit.uerum quia fieri nō potest.quin id quod sit.aliquando esse cœperit.consequens est.ut qm̄ nihil ante illum fuit. ipse ante omnia ex seipso sit procreatus:ideoq; ab Apollie αὐτοφυὴσ idest ex seortus. A Sibylla αὐτοτενὴσ idest ex se genitus: & ἀγέννητοσ.i.ingenitus: & ἀποίητοσ.i.non factus nominatur.quod Seneca homo acutus in exortationibus uidit. Nos inquit aliūde pendemus. Itaq; ad aliquē respicimus:cui quod est optimum in nobis:debemus: Alius nos edidit:alius nos īstruxit:deus ipse se fecit.

Erratū

De cæcitare eorum qui plures deos opinantnr:& unde hic error hūit originē: & q; corpus deo non est necessarium:nec propagatio liberorum. Cap.viii.

Plato au ctor

Is igitur tot & tantis testibus cōprobatur unius dei ptāte ac prouidentia mūdum gubernari:cuius uim maiestatē quæ tantam esse dicit in Timæo Plato ut eā neq; mente concipere:neq; uerbis enarrare quisq̄ possit ob nimiā & inextimabilem potestatem. Dubitet ergo aliquis an quicq̄ difficile aut īpossibile sit deo: qui tanta tamq; mirifica opera prouidentia excogitauit:uirtute cōstituit: ratione perfecit:nunc autem spiritu sustētet tempestate moderetur: inexcogitabilis: ineflabilis: & nulli alii satis notus q̄ sibi. Vnde mihi de tanta maiestate sæpius cogitanti:q deos colūt interdum uideri solent tam cæci:tam īcognitabiles:tam excordes:tam non multum a multis animalibus differentes:qui credāt eos:qui geniti sūt maris ac fœminæ coitu aliquid maiestatis diuineq; uirtutis habere potuisse cum Sibylla Erythrea dicat: οὐ γὰρ ἀνδρὸσ ἐκ λαγόνων μήτρασ τε θεὸσ τετυπωμένοσ εἶναι:idest non potest ex uiri semoribus & matrice deus formatus esse. Quod si est uerum sicuti est:apparet Herculem: Apollinem: Liberum: Mercurium: Iouemq; ipsum cum cæteris homines fuisse quando sunt ex duobus sexibus nati. Quod est autem tam remotum a deo:q̄ id opus: quod .pse ad propagandam sobolem mortalibus tribuit.& q; sine substantia corporali nullum potest esse: Diis ergo.si sunt immortales:æterni: quid opus est altero sexu: nimirum ut generentur.ipsa progeniæ quid opus est:cū successione nō egeant:qui futuri sunt semper. Nam profecto in hominibus cæterisq; animantibus diuersitas sexus & coitio & generatio nullam habet aliam rationem:nisi ut oia genera uiuentium: quoniam sunt conditione mortalitatis obitura:mutua possint successiōe seruari. Deo aūt qui est sempiternus:neq; alter sexus neq; successio necessaria est. Dicet aliquis ut habeat ministros:uel in quos ipse possit dominari. Quid ergo opus est sexu fœmineo: cū deus qui est omnipotens:ut uocatur:sine usu & opera fœminæ possit filios procreare: Nam si quibusdam minutis animalibus id præstitit:ut sibi e foliis natos & suauibus herbis ore legant:cur existimet aliquis ipsum deum nisi ex permixtione sexus alterius non posse generare: Illos igitur quos imperiti & insipientes tanquam deos & nuncupant & adorant:nemo est tam inconsideratus:qui non intelligat fuisse mortales. Quo modo ergo inquit aliquis:dii crediti sunt: Nimirū quia reges maximi ac potentissimi fuerunt:ob merita suarum uirtutum aut munerum aut artium reptarum:cum cari fuissent hiis qbus īperitauerāt.ī memoriā sunt cōsecrati. quod siquis dubitet. res eorum gestas & facta cōsideret.quæ uniuersa tam poetæ q̄ historici ueteres prodiderunt.

Sexus uiri & mulierisq̄ re īuētus sit

De Hercule & gestu eius atq; ortu eius ex Ioue & Alcmena & morte eius. Ca.ix.



Ercules qui ob uirtutē clarissimus & quasi africanus inter deos habetur. nōne orbē terræ:quē peragrasse ac purgasse narratur:stupris.libidinibus adulteriis inquinauit:nec mirū:cum esset adulterio genitus Alcmenæ. Quid tā

dē potuit in eo eē diuini: qui suis ipse uitiis mancipatus: & mares & fœminas cōtra oēs leges infamia dedecore: flagitio affecit? Sed ne illa quidē quæ magna & mirabilia gessit talia iudicanda sunt: ut uirtutibus diuinis tribuenda uideantur. Quid enim tam magnificum si leonem aprūq; superauit? si aues sagittis deiecit? si regium stabulum egessit? si uirginem uicit? cigulūq; detraxit? si equos feroces cū domino interemit? Opera sunt ista fortis uiri: hoīs tñ. Illa.n. quæ uicit fragilia & mortalia fuerūt. Nulla est.n. (qd ait orator) tanta uis quæ non ferro aut uiribus debilitari frangiq; possit. At aium uincere: iracundiam cohibere. fortissimi est: quæ ille nec fecit unq̄: nec potuit. Hæc qui faciat non mō ego cū summis uiris cōparo: sed simillimū deo iudico. Vellem abiecisset de libidine luxuria: cupiditate: insolētia: ut uirtutē eius impleret: quē similem deo iudicabat. Nō .n. fortior iudicādus ē qui leonē: q̄ qui uolētiā & in seipso inclusā ferā superat iracūdiā aut qui rapacissimas uolucres deiicit: quā qui cupiditates auidissimas coercet. Aut qui Amazonē bellatricem q̄ qui libidinem uincit: pudoris ac fame debellatricem: aut qui fimum de stabulo: q̄ qui uitia de corde suo egerit: quæ magis sunt pernitiosa: quia domestica & propria mala sunt: q̄ illa quæ uitari poterant & caueri. Ex quo fit ut ille solus uir fortis debeat iudicari: qui temperans & moderatus est & iustus. Quod si cogitet aliqs quæ sint dei opera: iam hæc quæ mirātur hoies ineptissimi: ridicula iudicabit. Illa.n. nō diuinis uirtutibus quas ignorāt: sed infirmitate suarū uiriū metiunt: nā illud quidem nemo negauit. Herculē non tm̄ Euristheo seruisse regi: quod aliquatenus honestū uideri pōt: sed impudicæ mulieri Omphale: quæ illū uestibus suis indutū sedere ad pedes suos iubebat pensa faciētes: detestabilis turpitudo: sed tanti erat uoluptas: Quid tu inquiet aliquis. Poetis ne credēdū putas? Quid ni putem? Non.n. ista Lucillius narrat: aut Lucianus: qui diis & hoibus non pepercit: sed potissimū qui deorum laudes canebant. Ergo qbus credemus: si fidē laudātib⁹ nō habemus? Qui hos mētiri putat: pferat alios q bus credamus auctores: qui nos doceant qui sunt isti dii? Quomodo? unde orti? Quæ sit uis eorū? Qui numerus? Quæ ptās: Quid in his admirabile? quid cultu dignū? Qd deniq; certius utriusq; misteriū: nullus dabit. Credamus igitur istis q non ut reprehēderēt sunt locuti: sed ut prędicarent. Nauigauit ergo cum argonautus: expugnauitq; Troiā iratus Laomedonti ob negatā sibi pro filiæ salute mercedē. Vnde quo tpe fuerit apparet. Idem furore atq; insania percitus uxorem suā cum liberis interemit: hunc hoies deum putant: Sed Philoctetes eius hæres non putauit: qui facem supposuit arsuro: qui artus suos & neruos cremari ac diffluere uidit qui ossa eius ac cineres in Oetheo monte sepeliuit: quo munere sagittas eius accepit.

Herculis ortus & gesta

Vbi consistat uera fortitudo

Lucillius auctor

Luciano auctor

De Aesculapio. Apolline. Neptunno ac Marte & Castore. Polluce: atq; Mercurio. Cap.x.

a Esculapius & ipse nō sine flagitio Apollinis natus. qd fecit aliud diuinis honoribus dignū: nisi q sanauit Hippolitum mortem sane habuit clariorem quia a deo meruit fulminari. Hunc tarquinius de illustribus uiris disserēs ait incertis parentibus natū expositū & a uenatoribus inuētū canino lacte nutritū Chironi traditum didicisse medicinam: fuisse autem Messenium: sed Epidauri moratum. Tullius etiam Cynosuris ait sepultum. Quid Apollo pater eius nōne ob amorē quo flagrabat turpissime gregē pauit alienū: & muros Laomedonti extruxit: cum Neptūno mercede cōductus: quæ illi negari potuit impune: ab eoq; rex pfidus qcqd cū diis pepigisset: dicit abnegare. Idem formosū puerū: & dū amat uiolauit. & dū ludit. occidit. Homicida Mars: & p gratiā cædis crimīe ab Atheniensibus liberatus ne uideretur nimis ferus &

Tarqni⁹ auctor

Tullius appello

Mars

imanis adulteriũ cũ Venere cõmisit. Castor & pollux dũ alienas sposas rapiũt: esse gemini desierũt. nã liuore iniuriæ cõcitatus idas alterũ gladio trãsuerberauit: & eosdẽ poetæ alterius uiuere: alterius mori narrãt: ut iam sint nõ deorũ tñ: sed oĩum mortaliũ miserrimi. quibus semel mori nõ licet. Hos tñ Homerus ambos simpliciter (nõ ut poetæ solẽt) mortuos esse testatur. Nã cũ faceret in muris assidẽtẽ Priamo Helenã cũctos græciæ principes recognoscere: solos ãt se fratres suos requirere: subiecit orationi eius hmõi uersum. Hæc ait: ast illos retinebat terra sepultos. Fur ac nebulo Mercurius quid ad famã sui reliquit: nisi memoriã fraudũ suarũ? Cælo dignus quia palæstram docuit: & lyrã primus inuenit. Liberũ patrẽ in senatu deorũ sũmæ auctoritatis primæq; esse sniæ necesse est: quia præter iouem solus oĩum triũphauit: exercitum duxit. Indos debellauit sed inuictus ille impator indicis maximis ob amorem ac libidinem turpissime uictus ẽ. Delatus.n. Cretam cum semiuiro comictatu nactus est ipudicã mulierem in littore ac fiducia uictoriæ inclitæ uir esse uoluit: ne nimiũ molis esse uideretur atq; illã patris porditricẽ: fratris iterẽptricẽ ab alio relictã & repudiatam in cõiugium sibi uẽdicauit & liberam fecit: & cũ ea pariter ascendit i cælum. Q uid oĩum horum pater iuppiter qui in solemni præcatõe optimus maximus noĩatur: Nõne a prima sua pueritia impius ac pene patricida deprahẽditur? Cũ patrẽ regno expulit ac fugauit. non expectauit mortem decrepiti senis cupiditate regnandi. Et cũ paternũ solium per uim per arma cepisset bello est a Gitantibus persecutus quod humano generi pricipium fuit malorũ: quibus uictis & pace in ppetuum cõparata reliquã sub uitã in stupris adulteriisq; cõsũpsit. Omitto uirgines quas iminuit: id.n. iudicari solet tollerabile. Amphitrionem ac Tindarum ꝓterire non possum: quorũ domos dedecore atq; infamia plenissimas reddidit: illud uero summæ impietatis ac sceleris ꝙ regium puerũ rapuit ad stuprum: parũ.n. uidebatur si in expugnandã fœminarũ pudicitia: maculosus ac turpis esset: nisi ẽt sexui suo iniuriam faceret: hoc est uerum adulterium quod fit contra naturam: hæc qui fecit uiderimus an maximis: certe optimus non est: qd nomen a corruptoribus: ab adulteris: ab incestis abest. nisi forte nos eramus: homines qui talia facientes sceleratos uocamus ac pditos: omnibusq; pœnis dignissimos iudicamus. Stultus ãt. M. Tullius qui. C. Verri adulteria obiecit. Eadem.n. iuppiter quem collebat: admisit. Q ui. P. Clodio sororis incæstũ. At illi optimo maximo eadem fuit & soror & coniunx.

Hõerus auctor | Mercurius | Iuppiter | Amphitrion | Tyndar9 | M.T. | Q.P.C.

De ipsius Iouis parẽtibus & ortu & uita eius flagitiosissima morte & sepultura & opificio poetarum. Cap. xi.

q (guide letter) Vis est igitur tam excors qui hũc i cælo regnare putet qui ne in terra quidem debuit? Nõ insulse quidam poeta triumphũ Cupidinis scripsit quo in libro non modo potẽtissimũ deorũ Cupidinẽ. sed etiã uictorẽ facit. Enumeratis eni amoribus singulorũ quibus potestatem cupidinis ditionẽq; uenissent: instruit pompam in qua iuppiter cum cæteris diis ante currũ triumphantis ducitur catenatus. Elegãter id quidem dicitur a poeta figuratum: sed tñ non multum distat a uero. Q ui.n. uirtutis ẽ exps qui cupiditatibus ac libidinibus malis uincitur. nõ cupidini ut ille finxit: sed morti subiectus est sempiternæ: Sed omittamus de moribus dicere: rem consideremus ut intelligant homines in quibus miseri uersentur erroribus. Regnare in cælo ioue uulgus existimat: id doctis piter & indoctis persuasum est. Q uod & religio ipsa & precationes & hymni & delubra & simulacra demonstrant. Eundem tamen Saturno & Rhea genitum confitentur. Q uomodo potest deus uideri: aut (ut ait poeta) hominum rerumq; repertor: ante cuius ortum infinita hominum filia fuerunt? Eorum scilicet qui Saturno

Saturn9 | Rhea

regnante uixerunt:ac priores luce q̃ iuppiter sunt potiti. Video alium deum regem fuis se primis temporibus:alium consequentibus. Potest ergo fieri:ut alius sit postea futurus. Si.n.regnum prius mutatum est: cur desperemus & posterius posse mutari: nisi forte saturnus generare potuit fortiorem:iuppiter nõ potest. A.q diuinum impium aut semper immutabile est:aut si est mutabile:quod fieri non põt:semper utiq; mutabile est. Potest.n.iuppiter regnum amittere:sicut & pater eius amisit. Ita plane: nã cum idem neq; uirginibus neq; maritatis unq̃ pepercisset.abstinuit se tamen una Thetide. ꝙ responsũ fuit maiorẽ patre suo futurũ quisq̃s ex illa natus esset. Et primũ in eo prudentia nõ dei:cui nisi Themis futura dixisset:ipse nesciret. Si aũt diuinus nõ fuit:ne deus q̃dem fuit unde ipsa diuinitas noĩatur:ut ab hoĩe humanitas. Deinde cõscientia ibecillitatis.qui timuit utiq; maiorẽ: ꝙ qui facit scit utiq; ꝑfecto non esse se maximũ:qñ q̃dem potest aliquid maius existere. Idem ꝑ stygiam paludẽ sanctissime iurat: Vna supstitio.aut a quo reddita est? Ergo aliqua potestas maxĩa est:quæ peierãtes deos puniat quæ tanta formido est paludis infernæ:si sunt imortales?q̃d metuunt eã quã uisuri nõ sunt:nisi quos mori necesse ẽ? Quid igitur hoĩes oculos suos in cælũ tollunt? q̃d supos deierant:cũ ipsi supi ad inferos deuoluãtur? Ibiq; habeant q̃d uenerẽtur & adorent. Illud uero quale ẽ esse fata:q̃bus dii oẽs & ipse iuppiter pareat. si parcarũ tanta uis est:ut plus possint q̃ cælestes uniuersi:quãq; ipse rector ac deus:cur nõ ille potius regnare dicatur:quarũ legibus a statutis parere oẽs deos necessitas cogit? Nunc cui dubiũ est q̃nis:qui alicui rei obseq̃tur:maxĩus non sit.cũ alius sit q nõ accipiat fata sed faciat. Nũc ad illud q̃d omiseram:redeo. In una itaq; sola fuit cõtinentior:cũ eã depiret:& nõ uirtute aliqua sed metu successoris. Quæ fortitudo utiq; eius est q sit mortalis & ĩbecillis: & nihil q̃ppe q potuit:& tunc cũ nasceretur extingui:sicut frater eius añ genitus extinctus est:q si uiuere potuisset.nunq̃ minori cõcessisset impiũ. Ipse ãt furto seruatus:furtimq; nutritus: ζευσ siue ζην appellatus est:nõ ut isti putãt feruore cælestis ignis:uel ꝙ uitæ sit dator:uel ꝙ aĩantibus ĩspiret aĩas.quæ uirtus solius dei ẽ:quam.n.posset inspirare aĩam:q ipse accepit aliunde? Sed ꝙ primus ex liberis Saturni maribus uixerit. Potuerunt igitur hoĩes alium deum habere rectorem:si saturnus nõ fuisset ab uxore delusus. At.n.poetæ ista finxerunt. Errat quisquis hoc putat:illi.n.de hoĩbus loquæbantur.sed ut eos ornarent:quorũ memoria laudibus celebrabant:deos esse dixerunt.itaq; illa potius ficta sunt:quæ tanq̃ de diis.non illa quæ tanquã de hominibus locuti sunt. quod clarum fiet exemplo quod inferemus Danaen uiolaturus iuppiter aureos nummos largiter in sinũ eius infudit. Hæc stupri merces fuit. At poetæ qui quasi de deo loquebantur. ne auctoritatẽ creditæ maiestatis infringerent. finxerũt ipsũ in aureo hymbre delapsum eadem figura qua hymbres ferreos dicunt:cum multitudinem telorum sagittarumq; describũt. Rapuisse dicitur in aquila Catamitum poeticus color est: sed aut per religionem rapuit cuius insigne aquila est.aut nauis in qua est impositus tutelã habuit in aquila figuratam:sicut taurum figuratum cum rapuit & transuexit Europã: eodem modo conuertisse in bouem traditur Io inachi filiam:quæ ut iram Iunonis effugeret.ut erat iam setis obsita.iam bos tranasse dicitur mare.in Aegyptumque uenisset atq; ibi recepta pristina forma dea facta:quæ nunc Isis uocatur. Quo igitur argumento probari potest nec Europam in tauro sedisse.nec Io factam bouem? quod certus dies habetur in fastis:quo Isidis nauigium celebratur.quæ res docet non tranasse illã.sed nauigasse. Igitur qui sapere sibi uidentur.quia intelligunt uiuum terrenumq; corpus

in cælo esse non posse: totam Ganymedeam fabulam pro falso repudiant: non sentiũt i terra: id esse factũ: quia res ac libido ipsa terrena est. Non ergo ros ipsas gestas finxerũt poetæ: qđ si facerent essent uanissimi: sed rebus gestis addiderũt: quendã colorẽ. Nõ.n. obtrectãtes illa dicebãt: sed ornare cupientes: hinc hoĩes decipiunť: maxĩe ꝙ hæc oĩa facta esse arbitrãtur a poetis: qđ colũt: ignorãt nesciunt: q sit poeticæ licẽtiæ modus quo usqꝫ ꝓgredi fingẽdo liceat: cũ officiũ poetæ sit ĩ eo: ut ea quæ gesta sũt uere: in aliquas spẽs obliqs figurationibus: cũ dedecore aliquo cõuersa traducanť. Totũ ãt qđ referas fingere.i.ineptũ esse & mendacẽ potiusq̃ poetam: sed finxerũt ista: quæ fabulosa credũtur. Num ẽt illa quæ de diis fœminis deorumqꝫ connubiis dicta sũt? Cur gitur sic figurantur: sic colũtur. nisi forte non tm̃ poetæ: sed pictores ẽt fictoresqꝫ imaginũ mentiuntur. Si.n. hic est iuppiter qui a uobis dicitur deus: si nõ is est q ex Saturno & ope natus est: nõ oportuit nisi solius simulacrũ in templis oĩbus colocari. Quid sibi mulierũ effigies uolũt? Quid sexus ĩfirmus: in quẽ si cecidit hic Iuppiter: cũ uero ipsi lapides hoĩem fatebuntur. Mentitos aiũt esse poetas: & his tñ credunt: imo uero nõ esse mentitos re ipsa ꝓbant. Ita.n. deorũ simulacra cõfiugunt: ut ex ipsa diuersitate sexus appeat uera esse quæ dicũt poetæ. Nam qđ aliud argumentũ habet imago cantamiti: & effigies aqlæ: cũ ante pedes iouis ponũtur in templis & cũ ipso pariter adorãtur: nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria maneat in æternum. Non igitur a poetis totum fictum est: aliqđ fortasse traductum: & obliqua figuratione obscurarum: quo ueritas inuoluta tegereť: sicut illud de sortitione regnorum. Aiũt enim Ioui cælum obtigisse: Neptuno mare: inferna Plutoni. Cur non terra potius in sortem tertiam uenit: nisi ꝙ in terra gesta res est. Ergo illud in uero est: ꝙ regnum orbis ita partiti sortitiqꝫ sunt: ut orientis imperium Ioui cederet: Plutoni cur cognomen Agesilao fui: pars occidentis obtingeret. Eo ꝙ plaga orientis. ex qua lux mortalibus datur: superior: occidentis autem inferior esse uideatur. Sic ueritatem mendacio uelauerunt: ut ueritas ipsa persuasiom publicæ nihil derogaret. De Neptuni sorte manifestum est: cuius regnum tale fuisse dicimus: quale.M. Antonii fuit infinitum illud imperium: cui totius oræ maritimæ potestatem senatus decreuerat ut prædones persequeretur: ac mare oẽ pacaret. Sic Neptuno maritima oĩa cum insulis obuenerunt: quomodo id probari potest? Nimirum ueteres historiæ docent. Antiquus auctor Enumerus: q fuit ex ciuitate messana res gestas Iouis ex cætero rum qui dii putantur collegit: historiamqꝫ contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris quæ in antiquissimis templis habebantur: maximeqꝫ in fano iouis. Triphylii: ubi auream colunnam positam esse ab ipso ioue titulus indicabat: in qua colunna gesta sua perscripsit: ut monumenta essent posteris rerum suarum. Hanc historiã interpretatus est Ennius & secutus: cuius hæc uerba sũt. Ibi iuppiter imperiũ neptuno dat maris: ut insulis oĩbus & quæ loca sũt secũ mare omnibus regnaret. Vera sunt ergo quæ loquũtur poetæ: sed obtẽtu aliquo specieqꝫ uelata. Potest & mõs Olympus figurã poetis dedisse: ut ioue dicerẽt cæli regnũ esse sortitũ: ꝙ Olympus ambiguũ nomẽ est & montis & cæli. In Olympo aũt Ioue habitasse docet historia eadẽ: quæ dicit Eadẽ tẽpestate iuppiter ĩ mõte Olympo maximã partẽ uitæ colebat: & eo ad eũ in ius ueniebãt: siquæ res in cõtrouersia erãt: itẽ si quis quid noui inuenerat: quod ad uitã humanã utile esset: eo ueniebat: atqꝫ ioui ostendebat: Multa in hunc modũ poetæ transferunt: non ut in deos mentiantur: quos colunt: sed ut figuris uersicoloribus uenustatẽ ac leporẽ carminibus suis addãt: qui aũt nõ intelligũt quomõ aut quare quidqꝫ figuretur: poetas uelut mẽdaces & sacrilegos insequunť: Hoc errore decæpti & philosophi ꝙ ea quæ de ioue fuerenť

Iuppiter neptũnus pluto

Eumerus auctor

Ennius auctor

minime in deum conuenire uidebantur: duos ioues fecerunt: unũ naturalẽ: alterũ fabulosum. Viderũt ex parte quod erat uerũ: eũ scilicet de quo poetæ loquũtur: hominẽ fuisse. In illo aũt naturali Ioue uulgari cõsuetudine religionis inducti errauerunt ꝙ i deum nomẽ hois trãstulerũt. qui (ut supra diximus) qa solus ẽ: non indiget noie Iouem autem illum esse: qui sit ex Ope Saturnoq; natus: negari nõ põt. Vana igiť ꝓsuasio est eorũ: qui nomẽ iouis summo deo tribuunt: Solent. n. qdã errores suos hac excusatõe defendere: q̃ cõiuncti de uno deo cũ id negare nõ possũt: ipsũ se colere affirmant. Verũ hoc sibi placeret: ut iuppiter noietur: quo qd absurdius? Iuppiter. n. sine contubernio cõiugis filiæq; coli nõ solet. Vnde qd sit: apparet: nec fas est id nomẽ eo trãsferri: ubi nec Minerua ẽ ulla: nec Iuno. Quid ꝙ huius nominis proprietas nõ diuinã uim exprimit: sed humanã? Iouẽ. n. iunonẽq; a iuuando esse dictos Cicero interpretatur. Et iuppiter quasi iuuãs pater dr̃: qd̃ nomen i deũ minime cõgruit: quia iuare hois est: opis aliquid cõferentis in eũ: q sit alienus & exigui beneficii. Nemo sic deum precatur: ut se adiuuet: sed ut seruet: ut uitam salutemq; tribuat: quod multo plus ac maius est q̃ iuuare. Et quoniã de patre loquimur: nullus pater dicitur filios iuuare: cũ eos generat aut educat. Illud enim leuius est: q̃ ut eo uerbo magnitudo paterni beneficii exprimať: qñ id magis inconueniens est deo qui uerus est pater: ꝑ quẽ sumus: & cuius toti sumus: a quo fingimur: animamur: illuminamur. qui nobis uitam impertit salutẽ tribuit: uictum multiplicem subministrat: non itelligit beneficia diuina: qui se iuuari tantũmodo a deo putat. Ergo nõ imperitus modo: sed & impius est: qui nomine Iouis uirtutem summæ potestatis imminuit. Quare si iouem ex rebus gestis & ex moribus hominem fuisse: in terraq; regnasse: deprehendimus. Superest ut mortem quoque eius inuestigamus. Ennius in sacra historia de scriptis omnibus: q̃ i uita sua gessit: ad ultimũ sic ait: Deide iuppiter postq̃ terras qnqes circuiuit oĩbusq; amicis atq; cognatis suis imperiũ diuisit: reliquitq; hominibus leges mores: frumẽtaq; parauit. multaq; alia bona fecit: immortali gloria memoriaq; affectus. sempiterna monumẽta suis ræliquit: ætate pessumata in Creta: uitam commutauit. & ad deos abiit. Eumq; Curetes filii sui curauerũt. decorauerũtq; eum & sepulchrum eius ẽ in Creta i oppido Gnoso: & dicitur Vesta hanc urbem creauisse. in qua sepulchro eius est i scriptum antiquis litteris græcis ζευσ κρονου: id est latine: Iuppiter Saturni filius. Hoc certe non poetæ tradunt. sed antiquarũ rerum scriptores: quæ adeo uera sunt ut ea sibyllinis uersibus confirmentur. qui sunt tales.

Ennius

De morte Iouis

δαιμονασ αψυχουσ νεκυων ειδωλα καμοντων.
ων κρητη καυχημα ταφουσ η δυσμορος εξει: id est dæmones iaies cadauerũ simulacra mortuorũ: quorum sepulchra habet Creta male peritura. Cicero de natura deorum cum tres iouis a thelogis nominari diceret: ait tertium fuisse Cretẽsem Saturni filium. cuius i illa insula sepulchrum ostenditur. Quomodo igitur potest deus alibi es fuisse Iose uiuus: alibi mortuus. alibi habere templum. alibi sepulchrum? Sciãt ergo romani capitolium suum: id est summum caput religiõum suarum publicarum nihil esse aliud q̃ inane monumentum. Veniamus nunc ad eius patrem: qui ante regnauit: & q fortasse plus habet in se: ꝙ ex coitu tantorum elemẽtorũ genitus esse dicatur. Videam⁹ quid in eo fuerit deo dignum. In primis illud ꝙ aureũ sæculum narratur habuisse ꝙ iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo aliquis in eo: quod in eius filio non fuit Quid. n. tam conueniens deo: q̃ iustum regimen ac pium sæculum? Sed cum eadem ratione natum esse cognitio: non possum putare deum summũ: ꝙ uideam esse aliqd̃ antiquius

Cicero tres dicit

cælũ ſcilicet atq; terrã. At ego deũ quæro: ultra quẽ nihil eſt oio: qui fons. & origo ſit rerũ. Hic ſit neceſſe eſt: q cæiũ ipſũ cõdidit: terrãq; fundauit. Saturnus aũt ſi ex his natus eſt (ut putatur) quẽadmodũ põt eſſe deus principalis: qui aliis ortũ ſuum debet? Aut qs præfuit mũdo: anteq̃ Saturnus gigneretur? Sed hoc poeticũ ẽ (ut dicebã paulo ante) figmentũ: nec. n. fieri poterat: ut elementa inſenſibilia: tantoq; interuallo ſeparata in unũ coirent: ac filiũ procrearẽt: aut is q natus eſſet: nõ potiſſimũ genitorib9 ſimilis exiſteret: ſed eã formam gereret: quã parentes ſui nõ habebãt. Quæram9 ergo qd ueritatis ſub hac figura lateat. Minutius fœlix i eo libro: q octauius iſcribitur ſic argumentať: Saturnũ: cũ fugatus eſſet a filio: i Italiãq; ueniſſet: Cæli filiũ dictum q; ſoleamur eos: quorũ uirtutẽ miremur: aut eos q repentine aduenerint. de cælo cecidiſſe: dicere. Terræ aũt q; ignotis parentibus natos: terræ filios noiemus. Sunt hæc qdẽ ſimilia ueri: nõ tamẽ uera: qa cõſtat ẽt tum cũ regnaret: ita eſſe habitũ. Potuit & ſic argumẽtari. Saturnũ cũ potentiſſimũ rex eſſet ad retinẽdã parẽtũ ſuorũ memoria noia eorum cælo: terræq; indidiſſe. cum hæc prius aliis uocabulis appellaretur: qua ratione & montibus & fluminibus noie ſunt impoſita. Neq;. n. cum dicunt poetæ de progenie Atlantis. aut Inachi fluminis id potiſſimũ dicunt. hoies ex rebus ſenſu carẽtibus. potuiſſe generari: ſed eos utiq; ſignificant: qui nati ſunt ex his hoibus qui uel uiui uel mortui: nomina montibus: aut fluminibus indiderunt. Nam id apud ueteres. maximeq; græcos uſitatũ fuit: ſic maria eorum traxiſſe nomen accepimus. qui deciderant in ea: ut Aegæum: Icarium: Heleſpontum: & in Latio auentinus uocabulũ monti dedit: in quo ſepultus eſt. Tyberrinus uel tiberis amni quo merſus eſt. Non ergo mirandum ſi nomina eorum cælo terrũq; attributa eſſent: qui reges genuerant potẽtiſſimos. Apparet e tuo nõ ex cælo natum eſſe. quod fieri non poteſt ſed ex eo hoie: cui nomen Vrano fuit: quod eſſe uerũ Triſmengiſtus auctor eſt: qui cum diceret admodum paucos extitiſſet in quibus eſſet pfecta doctrina: in his Vrannũ. Saturnũ. Mercurium cognatos ſuos nominauit. Hæc ille quia ignorauit. alio traduxit hiſtoriã. qui quo potuerit argumentari. oſtendi. Nunc dicam. quomodo: ubi: a quo ſit hoc dictum non enim Saturnus hoc: ſed iuppiter fecit. in ſacra hiſtoria ſic Ennius tradit. Deinde paneum deducit in mortem qui uocatur cæli ſtella. Poſt eo aſcendit contemplatus ẽ latũ terras: ibiq; in eo mõte arã creat cælo. Primuſq; in ea ara iuppiter ſacrificauit. in eo loco ſuſpexit i cælum: qd nunc nos nominamus. idq; qd ſupra mũdum erat: quod æther uocabatur. de ſui aui nomine cælo nomẽ indidit. idq; iuppiter q; æther uocatur præcans primum cælum nominauit. terræq; hoſtiam quam ibi ſacrauit: totam adoleuit. Nec hic tantum ſacrificaſſe iuppiter inuenitur. Cæſar quoq; in arato refert Aglaoſthenem dicere iouem cum ex inſula Naſo aduerſus Titanas proficiſceretur. & ſacrificium faceret in littore: aquilam ei in auſpicium aduolaſſe. quam uictor bono omie acceptam tutelæ ſuæ ſubiugauit. Sacra uero hiſtoria & ante cõſediſſe illi aquilã in capite: atq; illi regnum portendiſſe teſtatur. Cui ergo ſacrificare potuit iuppiter niſi cælo auo quẽ dicit Euhemerus i oceaniã mortuum. & in oppido Aularia ſepultum?

Minuti9 | Trimegiſtus | Vranus | Saturnuſ | Mercurius | Ennius | Paneus | Iuppiter | Cæſar | Euhemeruſ | Oceania | Alatia

Q ũo ſtoici figementa poetarũ ad philoſophicã tranſferant rõnem. Ca. xii.

Voniam reuelauimus myſteria poetarum. & ſaturni parẽtes inuenimus ad uirtutes eius & facta redeamus. Iuſtus i rego fuit primum ex hoc ipſo iã deus non eſt. qui fuit. Deniq; q; ne iuſtus quidem fuit. ſed impius non modo i filios quos necauit uerum ẽt in patrem. cui dicitur abſcidiſſe genitalia. quod forſitan uere acciderit. Sed homines reſpectu elementi quod dicit cælum. totam fabulam

explodũt tanq̃ ieptissime fictã quã tamẽ stoici(ut solent)ad rationẽ physicã conant̃ traducere:quorũ sententiã Cicero de natura deorũ differens posuit. Cæleste ĩquit:altissimã:æthereãq; naturã:idest igneam quæ p̃ sese oĩa gigneret uacari uoluerũt ea p̃te corporis:quæ cõiũctione alterius egeret ad p̃creãdũ. Quæ rõ ĩ Vestã potuit cõuenire si mas diceret̃. Iccirco.n.uirginẽ putãt Vestã qa ignis iuiolabile sit elemẽtũ: nihilq; nasciq; possit ex eo:quippe qui oĩa quæ corriduerit:absumat. Ouidius in fastis. Vasta Ouidius de fastis

Nec tu aliud Vestam q̃ uiuã intellige flãmam
Nataq; de flãma corpora nulla uides:
Iure igitur uirgo est:quæ semina nulla remittit:
Nec capit:& comites uirginitatis amat.

Vulcaneq; id potuit ascirbi:qui quidem putatur ignis:& tamen poetæ eũ nõ absciderunt: Potuerunt & soli:ĩ quo ẽ natura & cãgignẽtium:nã sine solis igneo calore neq; nasci quicq̃:neq; augeri põt:ut nuli elemento magis opus sit genitalibus:q̃q̃ calori:cuius fœtu cõcipiuntur:nascũt̃:sustentatur oĩa postremo etiam si ita sit(ut uolunt)qs mas abscisum esse cælum putet q̃ omnino sine genitalibus natum: Nam si per se gignit:nõ indigebat utiq; genitalibus cũ saturnũ ipsum procrearet. Si uero habuit:& a filio abscisa sunt:ortus rerũ & natura oĩs interisset. Quid q̃ ipsi Saturno nõ diuinũ modo sensum sed humana quoq; adimunt cũ affirmant eẽ eum saturnũ:qui cursum & cõuersionem spaciorũ ac tẽporũ cõtinet: Eumq; græce id ipsum nomẽ habere: κρονοσ eni dicitur quod est idẽ quod χρονοσ: idest spaciũ tẽporis: Saturnus enim est appellatus:q̃ saturet̃ annis. Hæc Ciceronis uerba sunt exponentis sententiã stoicorũ:quæ q̃ uana sit cuius intelligere prõtissimũ est. Si eni saturnus cæli est filius quomodo potuit aut tẽpus a cælo gigni: aut cælum a tẽpore abscidi:aut postea tẽpus iperio spoliari a filio Ioue? Aut quomodo iuppiter natus est ex tẽpore:aut quibus annis saturari possit æternitas:cui nullus est finis?

Quomodo poetæ & historici euacuãt stoicorũ traditionem de Ioue & Saturno & aliis diis. Capi.xiii.

s I ergo uanæ sunt istæ rationes philosophorũ quid superest nisi ut uere factũ eẽ credamus:idest hominũ ab homine abscisum:nisi forte aliqs existiet deũ fuisse qui timuit cohæredẽ:cũ siquid diuinitatis habuisset:non patris genitalia debuerit amputare sed propria ne Iuppiter nasceretur:qui cũ regni possessione priuauit idẽ sororem suam Rheã:quam latine Opem dicimus: cum haberet uxorẽ: responso ueritus eẽ dicit̃ mares liberos educare:q̃ futurũ esset ut a filio pelleret̃:quã rem metuens:natos sibi filios non utiq; deuorabat(ut ferunt fabulæ)sed necabat: quãq̃ scriptum sit in historia sacra Saturnum & Opem:cæterosq; tunc homines humanã carnem solitos hesitare. Verũ primũ Iouem leges hoĩbus moresq; condentem: edicto p̃hibuisse ne liceret eo cibo uesci:q̃d si uerum est:quæ põt in eo fuisse iustitia? Sed fictum sane putemus saturnũ filios deuorasse mõ cũ aliq̃ ratione: Nũc iccirco q̃ ait uulgus:comedisse filios suos eum qui extulerit:sepulturæq; mandauerit. Ops aũt cũ Ioue peperisset:subtraxit ifantem:eumq; nutriendũ furtim misit in Cretã. Rursũ iprudentiã reprehendẽdam necesse est. Cur.n.responsum ab alio accepit potius? Cur i cælo constitutus in terra nõ uidebat? Cur eũ corybãtes cymbalis fefellerunt? Postremo cur extitit aliqua uis potentior aut maior quæ illius uinceret potestatẽ? Nimirũ senex a iuuene facile uictus est ac spoliatus impio. Fugit igit̃ expulsus:& in Italiã nauigio uenit:cum errasset diu sicut Ouidius in fastorũ libris refret. Ops materia Iouis ait

Causa ratis superest tuscum rate uenit ad amnem

Ianus — Ante pererrato falcifer orbe deus. Hunc errantē atq; inopē Ianus excœpit: cuius rei argumenta sunt nummi ueteres: in quibus est cum duplici fronte ianus: & i altera parte nauis: sicut idem poeta subiecit:

At bona posteritas puppim formauit in ære:

Hospitis aduentū testificata dei. Omnes ergo nō tantū poetæ: sed historiarū quoq; ac rerū antiquarū scriptores: hoiem fuisse cōsentiūt: q res eius in italia gestas memoriæ prodiderūt. Græci diodorus & Tallus. Latini Nepos & cassius & Varro: Nā cū agresti quodam more in italia uiueretur: (Diodorus, Tallus, Cassius, Varro)

Is genus indocile ac dispersum montibus altis

Composuit. legesq; dedit: Latiumq; uocari.

Maluit: hic quoniam tutus latuisset in oris. Censet ne aliquis deū esse: q pulsus est: q fugit: qui latuit? Nemo tā stultus ē: q.n. fugit aut latet: & uim & mortem timeat necesse est. Oprheus qui temporibus eius recentior fuit: aperte saturnū in terra & apud homines regnasse commemorat. (Orpheus)

πρότιστος μεν ανάξενε πιχθονιων κρονος ανγρων

εκ δε κρονον ηγενετ αυτος αναξ μεγας ευρυοπα ζευς. i. primus quidē regnauit terrestribus saturnus uiris: Ex saturno autē genitus ē rex magnus: & late iuppiter sonās.

Maro — Item maro noster:

Aureus hanc uitam in terris saturnus agebat. Et alio loco:

Aureaq; (ut perhibent) illo sub rege fuere

Sæcula: sic placida populos: i pace regebat. Neq; supius dixit i cælo ægisse uitā: neq; iferis supos i pace rexisse. Vnđ appet illū regē fuisse terrenū qđ alibi apti9 declarat

Aurea condet Sæcula: quæ rursus latio regnata per arua

Ennius — Saturno quondam. Ennius qđē i Euhemero nō primū dicit regnasse saturnum: sed Vranū prēm. Initio inqt primus i terris ipium summū cælum hūit. is id regnū una cū fratribus suis instituit atq; parauit. Nō magna dissensio: siquidē maximorū auctorū de filio prēque dubitatio ē: sed tñ utrūq; fieri pōt: ut & primus Vranus eminere iter cæteros potentia cœpit. & pricipatū hr̄e nō regnū: postea saturnus maiores sibi opes cūparauerit: ac regiū nomē asciuerit. Quid ide Ennius docet i sacra hi. Cap xiiii.

n Vnc quoniā ab his quæ retulimus oñdim9 q̄tū sacra historia dissentit: aperiamus ea quæ ueris lr̄is cōtinēt: ne poetarū ieptias i accusādis religionibus seq ac pbare uideamur hæc.n. uera sunt. Exul saturnus uxorem duxit opē Titan qui naior natu erat: postulat ut ipse regnaret: ubi Vesta mater eorū & sorores ceres atq; Ops suadēt saturno: ut de regno nō cōcedat fratri. Ibi titan: q facie deterior eēt: q̄ saturnus iccirco & q uidebat matrē atq; sorores opam dare: ut saturnus regnaret cōcessit ei ut is regnaret. Itaq; pactus ē cū Saturno uti siqd liberorū uirilis sexus ei natū eēt neqd educaret id eius rei causa fecit uti ad suos gnatos regnū rediret. Tū Saturno filium qui primus natus est eum necauerūt. Deide posterius nati sunt gemini Iuppiter atq; Iuno. Tū iunonē Saturno i cōspectum dedere atq; iouem clam abscōdūt. dātq; eū Vestæ educādū cælantes Saturnū: Itē neptunū clam Saturno Ops parit: eūq; clanculum abscōdit ad eundē modū: Tertio partu Ops parit geminos Plutonē & Glaucam. Pluto latine ē diespiter alli Orcū dicūt ibi Glaucam filiam saturno ostendunt: ac filium Plutonem cælant atq; abscondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Hæc (uti scripta sunt) iouis fratrumq; eius stirpis aut cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptione traditum ē. Item paulo post hæc refert. Deide (Titan, Iuppiter, Iuno, Pluto, Diespit' siue orc9, Glauca)

titã postq̃ resciuit Saturno filios ꝓcreatos atq; educatos eẽ:clã seducit secũ filios su os q titani uocant̃:fratrẽq; suũ Saturnũ atq; Opẽ cõprehẽdit.eosq; muro circũægit: & custodiã his apposuit:Hæc historia q̃ uera sit:docet Sybilla Erythea eadẽ fere di cens nisi q, ĩ paucis quæ ad rẽ non ꝑtinet:discerpat.Iuppiter ergo liberat̃ summi scele ris crimine:q, prẽm uinxisse copedibus.ꝓhibet̃.Id.n.titan patruus fecit:q, ille cõtra- actionẽ iusq; iurãdũ mares liberos sustulisset.Reliq̃ historia sic cõtexit̃:Iouẽ adultũ cũ audiuisset prẽm atq; mrẽm custodiis circũseptos atq; ĩ uicula cõiectos:uenisse cũ magna cretensiũ multitudine:titanũq; ac filios eius pugnãdo uicisse: parẽtes uiculis ex emisse:patri regnũ reddidisse:atq; ita ĩ cretã remeasse.Post hæc in deinde Saturno datã sortẽ ut caueret ne filius eũ regno expelleret.Illũ eleuãde sortis atq; effugiẽdi pi culi grã ĩsidiatũ ioui:ut eũ necaret.Iouẽ cognitis ĩsidiis regnũ sibi denuo uendicasse. ac fugisse saturnũ:q cũ iactatus eẽt p oẽs terras ꝓsequẽtibus armatis:quos ad eũ cõ- prehendendũ uel necãdũ iuppiter miserat:uix ĩ Italia locũ in quo lateret:inuenit.

Sibyla Erithea

Qua ratione homines dii cœperint nominari. Cap.xv.

q Vibus ex rebus cũ cõstet illos hoĩes fuisse:non tamẽ est obscurũ qua rõne dii cœpint nominari.Si.n.nulli reges ante Saturnũ uel uranũ fuerũt ꝓpter hoĩnũ raritatẽ:q agrestẽ uita sine ullo rectore uiuebãt: nõ ẽ dubiũ : q̃n illis tẽporibus hoĩes regẽ ĩpm totãq; gentẽ sũmis laudibus ac nouis honoribꝰ iactare cœ perit:ut ẽt deos appellarẽt:siue ob miraculũ uirtutis fieri:hoc uer̃ putãt rudes ad huc & simplices:siue ut fieri solet ĩ adulationẽ præsentis potentiæ:siue ob beneficia q̃bus erãt ad humanitatẽ cõpositi.Deinde ipsi reges cũ cari fuissent his:quorũ uitã cõposu reant:magnũ sui desideriũ mortui reliquerũt.Itaq; homines eorũ simulacra finxe- runt ut hẽrent aliq̃d ex imaginũ cõtẽplatione solatiũ.Progressiq; longius per amo- rẽ:memoriã defunctorũ colere cœperunt:ut & gratiã referre benemeritis uideret̃ & successores eorũ allicerent ad bene impandi cupiditatẽ:Quod Cicero de natura deo- orũ docet dicẽs:Suscæpit aũt uita hominũ consuetudo cõmunis:ut beneficiis excellẽ tes uiros ĩ cælũ fama ac uoluntate tollerent.Hinc Hercules:hinc Castor:hinc Polux. hinc Aesculapius:hinc Liber.Et alio loco atq; alio & ĩ plærisq; ciuitatibus ĩtelligi põt acuendæ uirtutis gratia:ant quo libentius rei publicæ cã periculũ adiret optimus q̃s- q;:uirorũ fortium memoriã honore deorũ ĩmortaliũ consecratã:Hac scilicet ratione Romani Cæsares suos consecrauerũt:& Mauri reges suos.Sic paulatim religiones eẽ cœpere:dũ illi primi q eos nouerant:eo ritu suos liberos ac nepotes deinde oẽs po steros ĩbuerunt.Et hi tamen summi reges ob celebritatẽ nominis ĩ prouinciis omni- bus colebantur.Priuati uero singuli populi gentis aut urbis cõditores:seu uiri fortitu dine insignes erant:seu fœminæ castitate mirabiles summa ueneratione coluerũt : ut Aegyptus Isidem:Mauri Iubam:Macedones Gabyrum:Pœni Vranũ : Latini Fau- num:Sabini tantũ : Romani Quirinũ:Eodẽ utiq; modo Athenæ Mineruã:Samos Iunonem:Paphos Venerem:Lemnos Vulcanũ:Nasos liberum : Appollinem Del- phos.Sic per populos atq; regionẽ uaria sacra suscœpta sunt:dum grati hoĩes eẽ ĩ su- os principes cupiunt.Et quos alios honores uita carentibus deferant:ĩuenire nõ pos- sunt.Præterea pietas eorum qui successerãt:plurimum cõtulit ad errorẽ:qui(ut diui uina stirpe nati uiderent̃)diuinos honores parentibus detulerunt:deferriq; iusserunt An potest aliquis dubitare quomodo religiones deorũ sint ĩstitutæ:cum apud Maro nem legat Aeneæ uerba sociis imperantis:

Cicero unde ho mies sint dii appel lati

Hercules Castor Pollux Asculapi us Liber

Nunc pateras libate ioui:precibusq; uocate

Anchisen genitorem. Cui nõ tãtũ imortalitatẽ: uerũ etiam uẽtorũ tribuit potestatẽ:
Poscamus uentos: atq; hæc mea sacra quot annis
Vrbe uelit posita templis sibi ferre dicatis. Idẽ scilicet de Ioue Liber & Pan: & Mercurius & Apollo fecerunt ac postea de his ipsis successores eorũ. Afferunt etiã poetæ & cõpositis ad uoluptatẽ carminibus i cælum eos sustulerunt: sicut faciũt qui apud reges etiam malos panægerycis mendacibus adulanẽ: quod malũ a græcis ortũ est: quorũ leuitas instructa dicẽdi facultate & copia icredibile est quãtas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaq; admirati eos & suscæperunt primi sacra illorum: & uniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc uanitatem Sibylla sic eos increpat.

Liber Pan Mercurius Mollo.

ελλασ δητι εποιτασ εμανδρασ ηγεμονοσ
προσ τιδεδωραματαια καταφθιμνοεισανατιθησ
θυεισ ειδολισ τιοσοι εν νωπλανην εφαλεν
ωστεσ ε ταδε μοιειν μεγπλουθεοιο προσοπουαπο λεδειμ μενον: idest Grecia qd confidis in uiros principes? ad qd dona inania mortuis ponis? immolas idolis qs tibi in mentem errorem imposuit? ut hæc pficias magni dei ore relicto. M. Tullius q non tantum pfectus orator: sed philosophus fuit. Siquidem solus extitit Platonis imitator in eo libro quo seipsum de morte filiæ consolatus est: nõ dubitauit dicer̃ deos publice colerentur homines fuisse. Quod ipsius testimonium eo debet grauissimum iudicari q; & augurale habuit sacerdotium & eosdem se colere uenerarique testatur. Itaq; intra paucos uersiculos duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filiæ eodem se modo consecraturũ esse profiteretur quo illi a ueteribus sunt consecrati & illos mortuos esse docuit & originem uanæ superstitionis ostendit. Cum uero inquit & mares & fœminas complures ex hominibus in deorum numero esse uideamus & in eorum urbibus atq; agris augustissima delubra ueneremur assentiam eorũ sapientiæ. quorũ ingenii & inuentis oẽm uitam legibus & institutis excultam constitutamq; hẽmus. Quod si ullum nnq̃ animal consecrandum fuit illud pfecto fuit si Cadmi aut Amphitrionis pgenies aut Tyndari cælum tollenda fama fuit huic idẽ honos certe dicandus est quod quidem faciam. Teq; omnium optimã doctissimamq; approbantibus diis immortalibus ipsis i eorum cœtu locatam ad opinionem omniũ mortalium consecrabo. Fortasse dicat aliquis pro nimio luctu delirasse Ciceronem. Atq; omnis illa oratio & doctrina: & exemplis & ipso loquendi genere perfecta non ægri sed cõstantis animi ac iudicii fuit. Et hæc ipsa sententia nullũ pfert iudiciũ doloris Neq; enim puto illum tam uarie: tam copiose: tam ornate scribere potuisse: nisi luctum eius & ratio ipsa: & consolatio amicorum: & tẽporis longitudo mitigasset. Quid q; dem dicit in libris de republica? idem de gloria? Nam de legibus quo i opere Platonem secutus est leges uoluit ponere: quibus putaret usuram esse iustã: & sapientẽ ciuitatem que hr̃et de religione ita sanxit: Diuos & eos q cælestes habitu sunt: colunto. Et illos quos in cælum merita locauerunt. Herculem: Liberũ: Aesculapiũ: Pollucem. Castorẽ. Quirinũ. Itẽ i Tusculanis cum diceret totum pene cælũ humano genere cõpletũ. Si uiro inqt scutari uetera & ex illis ea quæ scriptores Græciæ pdiderũt eruere conar ipsi illi maiorum gentiũ dii q habenẽ: hinc a nobis pfecti in cælum reperientur. Quære quorum demonstrantur sepulchra in Græcia: reminiscere quoniam es initiatus quæ traduñẽ mysteriis Tũ deniq; q̃ hoc late pateat intelliges. Testatus ẽ uidelicet Attici conscientiã ex ipsis mysteriis itelligi posse q omnes illi homines fuerunt qui coluntur. & de Hercule Libero æsculapio Castore Polluce icõtan-

M.T.C.

Cadmus Amphrion Tyndarus

ter fatentur. De Apolline ac Ioue patribus eorũ: item de Neptuno: Vulcano: Matre: Mercurio quos maiorũ gentiũ deos appellauit: timuit aperte cõfiteri. Et iccirco ait la te hoc patere ut idẽ & Ioue: cæterisq; antiquioribus diis intelligamus: quorũ memoriã si eadẽ ratione ueteres cõsecrauerũt: qua se imaginẽ nomẽq; filiæ consecraturũ eẽ dicit ignosci mærentibus põt: credẽtibus nõ põt. Quis.n.tã demẽs: q cõsensu & placito inumerabiliũ stultorũ: aperiri cælũ mortuis arbitret᷑: aut aliquẽ: qđ ipse nõ habeat dare alteri posse? Apud Romanos deus Iulius: qa hoc scelerato homini placuit Antonio: deus quirinus: qa hoc pastoribus uisum est: cũ alter germani fratris extiterit: alter patriæ paricida: qđ si cõsul nõ fuisset Antonius. C. Cæsar ꝓ suis i rempubiicã meritis: & defuncti hominis honore caruisset. Et quidẽ cõsilio Pisonis soceri: &. L. Cæsaris ꝓpinqui. q uetabãt funus fieri. Et Dolobellæ consulis: qui colunnã in foro: id est titulũ eius euertit: ac forum expiauit. Nam Romulũ desiderio suis fuisse declarat Ennius: apud quẽ populus amissum regẽ dolens hæc loquitur:

Iulius deus romanorum
Antonius
C Cæsar
Piso
L Cæsar
Dolobella

O Romule Romule dic
Qualem te patriæ custodem dii genuerunt?
Tu produxisti nos intra luminis oras.

O pater: o genitor patria: o sanguine dii oriendũ. Ob hoc desideriũ facilius creditũ est Iulio ꝓculo mẽtiẽti: q subornatus a patribus ẽ: ut nũciaret plebi suæ uidisse se regem humano habitu augustiorẽ: eumq; mãdasse ad populũ: ut sibi delubrũ fieret: se deũ esse & quirinum uocari. Quo facto & ipsi populo persuasit Romulum ad deo abiisse & senatum suspicione cædis regiæ liberauit.

Qua ratione dii esse nõ possunt: quos secus discernit. Et q̃ i naturam dei nõ accidit aut sexus: aut coitus: aut officium generandi:

p Oteram his quæ rettuli esse contentus: sed supsunt adhuc multa suscæpto opi necessaria. Nã q̃uis ipso religionũ capite destructo uniuersa sustuleri: libet tamẽ ꝓsequi cætera: & redarguere plenius inueteratã ꝑsuasionẽ: ut tandẽ hoĩes pudeat suorũ ac pœniteat errorũ. Magnũ hoc opus & hoĩe dignũ. Religionũ aĩos nobis exoluere ꝑgo (ut ait Lucreti9 q qdẽ hoc efficere nõ poterat: qa nihil ueri afferebat. Nostrũ ẽ hoc officiũ: q & uerũ deũ asserimus: & falsos refutamus. Illi ergo q poetas finxisse de diis fabulas opinãt᷑: & deas fœminas eẽ credũt: & colũt: reuoluunt᷑ iprudẽtes ad id qđ negauerãt: coire illos ac parere. Nec.n. fieri põt: qui duo sexus generãdi cã sint instituti. Recæpta uero sexuũ aduersitate: nõ intelligũt cõsequẽs eẽ: ut cõcipiãt: qđ in deũ cadere nõ põt: sed ut isti putant: nã & Iouis eẽ filios dicũt & cæterorũ deorũ. Nascunt᷑ ergo & quotidie qdẽ dii noui: nec.n. uicũt᷑ ab hoibus fœcũditate. Igitur deorum inumerabilẽ plena sunt oĩa nullo scilicet moriente. Nã cum hominũ uix icredibilis numerus sit inextimabilis: que quos tamen secuti nascuntur: mori necesse ẽ: qd deorũ eẽ tandẽ putemus: q̃ tot sæculis nati sunt: imortalesq; mãserũt? Cur ergo tam pauci colunt᷑? nisi forte arbitramur nõ generandi cã sed tantũmodo capiendæ uoluptatis duos esse sexus deorũ: & ea exercere quæ homũculos & facere & pati pudet. Cum uero dicãt᷑ aliq̃ ex aliqbus nati: consequens est ut semp nascant᷑: siqdem aliquando sunt nati: uel si aliquando nasci desierunt: scire nos conuenit cur aut quando desierint. Nõ ille pide Seneca i libris moralis philosophiæ. Quid ergo est inqt q̃re apud poetas fallacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? Vtrũ sexagenarius factus ẽ: q; illi lex Pappia fabulã iposuit? an ipetrauit ius triũ liberorũ? An tãdẽ illi uenit in mẽtẽ: ab alio expectes: alteri quod feceris. Et timet nequis sibi faciat: quod ipse

Lucreti9
Seneca

Probatio ex cõcubitu deũ nõ posse generari

Saturno? At isti q deos asserunt: uideant quõo respondeant huic argumento: qd inferemus. Si duo sunt sexus deorũ: sequit̃ cõcubitus. Si coeũt. & domos habeãt necesse ẽ. Nec.n. carẽt uirtute ac pudore: ut hoc ꝓmiscue aut i ꝓpatulo faciãt: sicut multa uidemus facere animalia. Si domos habent: cõsequens est ut & urbes habeant: & qdẽ auctore. Nasone: qui ait:

Plebs habitat diuersa locis: hac fronte potentes
Cælicolæ clariq; suos posuere penates.

Si habent urbes: & agros igit̃ habebũt. Id qs nõ uidet quæ sequant̃: arare illos & colere: qđ qdẽ uictus cã sit: ergo mortales sũt: quod argumẽtũ retrouersũ idẽ ualet. Si.n. agros nõ habent: ne urbes qdẽ. Si urbes nõ habẽt. ne domos quidẽ. Si domibus carent: ergo & cõcubitu. Si cõcubitus ab his abest: & sexus fœmineus. In diis aũt uidemus & fœminas eẽ: ergo dii nõ sunt. Dissoluat hoc argumẽtum siq s põt. Ita.n. res rẽ seqt̃ ut hæc ultima necesse sit confiteri. Sed ne qdẽ illud dissoluet aliqs: ex duob9 sexibus alter fortior ẽ: alter ifirmior. Robustiores.n. mares sũt: fœmĩæ ĩbeciliores Imbecillitas ãt nõ cadit ĩ deũ: ergo nec fœmineus sexus. Huic addit̃ supioris argumẽti cõclusio: ut dii nõ sint: quoniã ĩ diis & fœiæ sunt.

Quod stoici fidem historiarum & poetarũ figmenta inani physica ratione peruertunt: & quæ miseriæ & turpitudines de diis referant̃. Capi. xvii.

o B has rationes stoici alio uersus deos interpretant̃. Et qa non ꝑuident quid sit ĩ uero: conant̃ eos cũ rerũ naturaliũ rõe coniũgere: quos Cice. secatus de diis ac religionis eorum hãc sententiã tulit. Videtis ne igit̃ ut a physicis rebus bene atq; utiliter iuuẽtibus tractat ratio ad comentitios ac fictos deos: quæ res genuit falsas opiniõesq; erroresq; turbulẽtos: supstitiões pene aniles: & formæ.n. deorũ nobis & ætates & uestitus ornatusq; nõ sunt. Genera ꝑterea: cõiugia cognatiões oẽs: oĩaq; traducta ad similitudinẽ ibecillitatis humanæ. Quid planius: qd uerius dici põt? Romanæ philosophiæ priceps: & amplissimo sacerdotio ꝑdit9 comẽticios a fictos deos redarguit: quorũ cultus supstitiones pene aniles eẽ testat̃ falsis opinionib9 erroribusq; turbulentis iplicatos eẽ hoies querit̃. Nã totus liber tertius de natura deorũ oẽs fundit9 religiões euertit ac delet. Quid ergo a nobis expectat̃ amplius? Nũ eloquẽtia supare possumus Ciceronẽ? minime id qdẽ: sed fiducia illi de fuit ignorãti ueritatẽ: qđ ipse simpliciter in eodẽ ope confitet̃. Ait.n. facilius se posse dicere qd non sit q̃ qd sit: hoc est falsa se intelligere: uera nescire. Clarũ ẽ igr̃ homines fuisse illos: qui dii putãtur. Et eorũ memoriã post mortẽ cõsecratã: eẽ ideo ẽt ætates diuersæ sunt. Et certe iagines: singulorũ ꝗ i eo habitu & ætate sigulorũ simulacra cõfigurata sũt: in q̃ quẽq; mors deprehẽdit: cõsideremus (si placet) erũnas ifælitiũ deorũ. Isis filiũ ꝑdidit: Ceres filiam expulsam: & ꝑ orbẽ terræ iactatã: Latona uix isulam paruã: i q̃ pareret i uenit. Deũ mater & amauit formosum adolescẽtẽ: & eundẽ eũ pellice deprehensum exsectis uirilibus semi uirũ reddidit. Et nũc a gallis sacerdotibus sacra eius celebrãt̃. Iuno pellices acerrime ꝑsecuta ẽ: qa parere ipsa nõ potuit ex fratre. Insulã Samũ scribit Varro prius patthenĩã noiatã ꝗ ibi Iuno adoleuerit ibiq; etiam ioui nupsit. Itaq; nobilissimũ & antiquissimũ templũ eius ẽ Sami & simulacrũ i habitu nubẽtis figuratum: & sacra eius anniuersaria nuptiarũ ritu celebrant̃. Si ergo adoleuit: si fuit uirgo primo postea mulier hoiem fuisse qui nõ itelligit: pecudem se fatet̃. Quid loquar obscœnitatẽ Venæris oibus ꝓstitutæ libidinibus: nõ deorũ tantũ sed & hoiũm. Hæc .n. ex famoso Martius stupro genuit Harmoniã. ex Mercurio Hermaphoditũ: qui ẽ natus Androgynus. Ex Ioue Cupidinẽ. Ex anchisa Aeneã: & ex Bute Erycem. Ex Ado

Isis
Ceres
Latona
Varro
Venus

ne quidẽ nullũ potuit. qui ẽt tũ puer ab apro ictus occisus ẽ:q̃ prima (ut ĩ historia sacra continet̃) artẽ meretriciã ĩstituit: auctorq; mulieribus ĩ Cypro fuit: uti uulgo cor porũ quæstum faceret. Quod iccirco ĩperauit: ne sola præter alias mulieres ĩpudica & uirorũ appetens uideret̃. Etiã ne habet hæc aliquid numinis? cuius plura numerantur adulteria:q̃ partus? Sed ne illæ quidẽ uirgines illibatã castitatẽ seruare potuerũt. Vnde. n. putemus Erichthoniũ eẽ natũ? An ex Terra (ut poetæ uideri uolũt) At res ipsa clamat. Nã cũ Vulcanus diis arma fecisset: eiq; Iuppiter optionẽ dedisset p̃mii (q̃d uellet) postulandi: iurassetq; (ut solebat) p ĩfernã paludẽ se nihil negaturum: tũ faber claudus Mineruæ nuptias postulauit. Hic iuppiter optĩus maximus tanta religione cõstrictus: abnuere nõ potuit: Mineruã tamẽ monuit repugnare pudicitiãq; defendere. Tũ ĩ illa colluctatione Vulcanũ in terrã ꝓfudisse aiunt: semen unde sit Erichthonius natus. Idq; illi nomẽ ĩpositũ: απο της ἔριδος και χθονος: idest ex certamine atq; humo. Cur igit̃ uirgo eũ puerũ cũ dracone conclusũ & obsignatũ tribus uirginibus Cecropidis commendauit euidẽs (ut opinor) incæstũ: quod nullo mõ possit colorari. Altera cũ pene amatorem suũ pdidisset: qui erat turbatis distractus equis: p̃stãtissimum medicum Aesculapiũ curando iuueni aduocauit: eumq; sanatum

Minerua Ericthonius

Secretis alma recondit.
Sedibus: & nymphæ ægeriæ: nemoriq; relegat
Solus ubi in siluis italis ignobilis æuum
Exigeret: uersoq; ibi nomine uirbius esset.

Quid sibi uult hæc tam diligens: tã sollicita curatio? quid secretæ sedes? quid relegatio uel tam longe: uel ad mulierẽ: uel ĩ solitudinẽ? quid deinde nõis cõmutatio? Postremo quid equorũ tã ptinax abominatio? Quid significãt hæc oĩa: nisi cõscientiã stupri? aut amorẽ minime uirginalẽ. Erat plane cur. tantũ laborẽ ꝓ tã fideli iuuene susciperet: q̃a amãti nouercæ obsequiũ pnegaret

Quomodo refellant̃ hi qui deos eẽ factos ex hoĩbus mentiant̃. Cap. xviii.

Hoc in loco refellendi sunt ẽt hi: q deos ex hoĩbus esse factos nõ tãtũ fatent̃ sed ut eos laudent: etiã gloriantur: aut uirtutis gratia: ut Herculẽ: aut munerũ ut Cererẽ ac Liberum: aut artium reptarũ: ut Aesculapiũ uel Mineruã Hæc uero q̃ iepta sint: quãq; nõ digna: pp quæ hoĩes ĩexpiabili se scelere cõtaminẽt: hostesq; deo uero fiant: quo cõtẽpto mortuorũ sacrã suscipiũt: ex singulis rebus ostẽdã: uirtutẽ eẽ dicũt: quæ hoĩem tollat ĩ cælum: nõ illã de qua philosophi dixerũt: q̃ posita ẽ ĩ bonis aĩ: sed hanc corporalem quæ dicit̃ fortitudo: quæ quoniã p̃cipua in Hercule fuit: ĩmortalitatem meruisse credit̃. Quis tam stulte ineptus est: ut corporis uires diuinum uel etiã humanũ bonũ iudicet: cum sint & maiores pecudibus attributæ & uno morbo sæpe frangant̃: uel ipsa senectute minuant̃ & corruant. Itaq; idẽ ille cũ deformari ulceribus toros suos cerneret: nec sanari se uoluit: nec senem fieri nequãdo seipso minor aut deformior uideret̃. Hũc ergo qui uiuum seipsum combusserat: ascẽdisse in cælum putauerũt eaq; ipse quæ stultissime admirati sũt simulacris & imaginibus exp̃ssa & cõsecrata posperunt ut in ppetuum uanitatis eorũ monumenta p̃staret qui ob necem bestiarum deos fieri credidissent. Sed hæc græcorũ fortasse culpa sit: q res leuissimas pro maximis semp hũerunt. Quid nostri num sapientiores? qui athlæticã q̃dẽ uirtutẽ cõtẽnunt: q̃a nihil obest: sed regia (q̃a late solet nocere) sic admirãt̃: ut fortes & bellicosos duces in deorũ cœtũ locari arbitrẽt̃. Nec eẽ ullã aliã ad ĩmortalitatem uiã: q̃ exercitus ducere: aliena uastare urbes delere oppida excidere liberos populos aut trucidar̃ aut subiicerer̃ seruituti: uidelicet quo plures hoĩes afflixerit spo

liauerit:occiderit:eo se nobiliores & clariores putãt. & ianis glorię specie capti sceleribus suis nomen uirtutis iponũt. Iã mallẽ ut & ferrarũ cœdibus deos sibi fingerẽt: q̃ inmortalitaté tã cruentã ꝓbarẽt. Siqs unum hoiem iugulauerit: ꝑ cõtaminato ac nefario habet̃: nec ad terrenũ hoc domicilũ deorũ admitti eũ fas putãt. Ille aũt q infinita hoium milia trucidauerit. cruore cãpos iundauerit: flumina ĩfæcerit: nõ mõ ĩ tẽplum: sed ẽt in cælum admittit̃: apud Enniũ sic loqt̃ Aphricanus: Si faciẽdo plagas cælestia scandere cuiq̃ fas ẽ: mihi soli cæli maxĩa porta patet. Silicet qa magnã ꝑtẽ generis hũani extinxit ac ꝑdidit. O q̃tis itenebris Aphricane uersatus es: uel potius o poeta q per cædes & sanguinẽ patere hoibus ĩ cælũ ascẽsum putaueris. Cui uanitati & Ci. assentit. Est uero inqt Aphricane: nã & Herculi eadẽ uia ista patuit: tãq̃ ipse plane cum id fieret: ianitor fuerit ĩ cælo. Eqdẽ statuere nõ possũ: dolẽdũ ne potius an ridẽdũ putẽ cũ uideã & graues & doctos & (ut sibi uidẽt̃) sapiẽtes uiros: ĩ tã miserãdis errorũ fluctibus uolutari. Si hæc ẽ uirtus quæ nos ĩmortales facit: mori eqdẽ mali: q̃ exitio eẽ q̃ plurimis. Si aliter parari ĩmortalitas nõ põt nisi ꝑ sanguinẽ: qd fiet si oẽs ĩ concordiã cõsenserit? Quod certe fieri poterit si ꝑnitioso & ĩpio furore ꝓiecto inocentes eẽ ac iusti uelint. Nũ igit̃ nemo erit cælo dignus? nũ ꝑibit uirtus: qa hoibus ĩ hoies sæuire nõ dabit̃. Sed isti q euersiones urbiũ populorumq; summã gloriã cõputant ocium publicũ nõ ferent: rapiẽt: sæuient & iniuriis ĩsolenter illatis humanæ societatis fœdus irrũpent: ut hr̃e hostẽ possint: quẽ sceleratius deleant q̃ lacesserint. Nũc ad reliqua pergamus. Nomẽ deorũ Cereri ac Libero traditio munerũ fecit. Possum diuinis docere litteris uinũ atq; fruges ante ꝓgeniẽ cæli atq; Saturni fuisse ĩ usum hoium sed ab his sane iuenta eẽ fingam⁹. Nũ põt plus aut min⁹ uideri coiisse fruges hisq; fractis panẽ facere docuisse aut uuas de uitibus lectas expressisse uinumq; fecisse q̃ fruges ipsas aut uites generasse aut ꝓtulisse de terra. Reliquit hæc sane deus hũanas ĩgeniis eruẽda: tamẽ fieri nõ põt qn ipsius sint oĩa q tribuit sapientiã hoĩ: ut iueniret: & ipsa illa q̃ possent inueniri: primus iuenit. Artes quoq; suis inuẽtoribus ĩmortalitatẽ ꝑpisse dicunt̃: ut Aesculapio medicina: Vulcano fabrica. Colamus igit̃ & illos: qui fullonicam: sutrinãq; docuerunt. Cur autẽ figulio reptori honos nõ habet̃? An qa isti diuites uasa famia cõtẽnũt? Sũt & aliæ artes: quarũ reptores humanæ uitæ plurimũ ꝓfuerunt. Cur nõ etiã illis atributa sunt tẽpla? sed nimirũ. Minerua est que oẽs reppe rit. Ideoq; illi opifices supplicãt. Ergo ab his sordibus Minerua ascendit in cælũ. Est uero causa cur qsq̃ dedelinquant eũ: qui terrã cũ animãtibus: cælũ cũ astris & lumibus exorsus ẽ: ut eã ueneret̃: q̃ telã docuit ordiri? Quid ille qui uulnera ĩ corpibus sanare docuit? Nũ põt eẽ ꝑ̃stantior: q̃ qui corpora ipsa formauit: sentiẽdi ac uidẽdi rõnẽ dedit? Herbas deniq; ipsas & cætera: qbus medẽdi ars cõstat: excogitauit ac protulit?

Quare hoies sũt dii appellati

Aesculapius medicina inuentor

Vulcan⁹ fabri Artis reptor

Quod deos uanos & deum uerum nemo simul potest colere: Capi. xix.

a T enim dicet aliquis & huic somno qui fecit omnia: & illis qui partim profuerunt: suam ueneratiõnẽ esse tribuendã. Primũ nec factũ est unq̃: ut qui hos colit: etiã deum coluerit: neq; fieri potest: quoniam si honos idem tribuitur aliis: ipse omnino nõ colit̃ cuius religio est illum eẽ unum ac solum deum credere Clamat summus poeta eos omnes qui inuentas (uitã excoluere) ꝑ artes: apud iferos esse ipsumq; illum medicinæ repertorem talis & artis ad stygias nudas fulmine esse detrusum: ut intelligamus quãtum ualeat pater omnipotẽs qui & deos fulminibus extinguat sed homines ingeniose hanc secũ habebant fortasse rationẽ quia deus fulminari non potest: apparet nõ esse factum: immo uero quia factum est apparet homi

nē fuisse nō de ū. Mendatiū .n. poetarū nō ī facto ē: sed ī noie. Metuebant.n. malum si cōtra publicā psuasionē faterent̄ qd̄ erat uerū. Q d̄ si hoc cōstat iter ipsos ex hoibus deos factos: cur ergo nō credūt poetis: si qn̄ illorū fugas & uulnera: & mortes: & bella & adulteria describūt. Q uibus ex rebus intelligi dat̄: non potuisse ullo pacto fieri deos qa ne hoies qdē hi ꝓbi fuerūt: eaq; ī uita sua gesserūt: q̄ mortē pariūt sēpiternā.

De propria Romanorum religione. Capi.xx.

potitus deos tales cõtẽpsit:spoliauit illusit. Siquidẽ sacrilegia sua iocularibus ẽt dictis ꝓsequebatur. Nã cũ Ioui Olympio aureũ amictũ detraxisset:laneũ iussit imponi dicens æstate eẽ graue aureũ hyeme frigidũ:laneũ uero utiq̃ tpi aptũ. Idẽ aureã barbã detrahens Aesculapio incõgruens & iniquũ eẽ ait:Cũ Apollo pr̃ eius imberbis esset adhuc ac lenis:priorem filiũ q̃ prẽm barbatũ uideri. Itẽ pateras & exuuias:& pua quædã sigilla: quæ simulacrorũ portentis manibus tenebantur. detrahebat & accipe se illa:nõ auferre dicebat. Perq̃.n.stultũ esse & ingratũ:nolle accipe ab his ultro porrigẽtibus a qbus bona sibi hoies præcarent. Nec.n.fecit ipune:quia res & uictor fuit. Quin.n.secuta ẽ eũ solita fœlicitas. Vixit.n.usq̃ ad senectutẽ. regnũq̃ p manus filio tradidit. In eo igit̃ qa hoies sacrilegia non poterant:oportuit deos ipsos sui uidices esse:At si humilis quid tale cõmiserit:huic præsto sunt flagella:ignes:aculei cruces:& quicquid excogitare iratis & & furentibus licet:Sed cum puniunt deprehensos in sacrilegio ipsi de deorũ suorum potestate diffidunt. Cur.n.illis potissimũ nõ relinquant ulciscendi sui locum: si eos posse aliquis arbitrant̃? Quin ẽt putant illorũ numine accidisse:ut prædones rerũ sacrarum dephensi tenerent̃:& sæuiunt nõ tã ira q̃ metu:ne si deorũ iniuriam non uindicauerint: ipsos expectãt pœnæ icredibili.s.uanitate:qui nocituros sibi deos putẽt ob aliena scelera:qui ipsis a quibus uiolati spoliatiq̃ sunt:p seipsos nihil nocere poterunt. At.n.sæpe ipsi quoq̃ in sacrilegos uindicauerunt;põt id uel casu accidisse ꝙ aliqñ non semper. Sed tñ paulopost (qñ id acciderit) ostendam:Sed quæro cur illi tot & tanta sacrilegia in Dionysio non uindicauerunt? qui non furti.sed palã deos ludibrio hũit. Cur hũc tã potentẽ sacrilegũ a templis:a cerimoniis:ab imaginibus suis nõ arcuerũt? Cur ẽt sacris rebus ablatis:ꝓspere nauigauit? qđ loco ipso testatus ẽ (ut solebat) Videtis ne inqt comitibus suis naufragiũ timentibus:q̃ ꝓspa sacrilegis nauigatio ab ipsis imortalibus tribuatur? Sed

Plato auctor

hic fortasse a Platone didicerat deos nihil esse. Quid Caius Verres:quẽ Tullius accusator eius eidẽ Dionysio & Phalaridi & tyrannis oibus cõparat:nõne oẽm Siciliã cõpilauit:sublatis deorũ simulacris:ornamentisq̃ phanorũ? Ociosum ẽ psequi singula unũ libet cõmemorare:in quo accusator oibus eloquentiæ uiribus:oi deniq̃ conatu uocis & corpis deplorauit. De Cerere Catinensi uel Aetnensi:quarũ alterius tanta fuit religio ut adire templi eius secreta penetralia uiris nefas esset. Alterius antiqtas tãta ut oẽs historiæ loquantur ipsã deã fruges in Aetnæ solo primũ reppisse:filiãq̃ eius uirginẽ ex eodem loco raptã. Deniq̃ gracchanis tpibus turbata republica:& seditoibus & ostentis cum reptũ esset in carminibus Sibyllinis:antiqssimã Cererẽ debere placari:legati sũt Aetnã missi. Hæc igit̃ Cereres uel religiosissima:quã uider̃ maribus ne adorãdi qdẽ gr̃a licebat uel antiqssima:quã.s.senatus populusq̃ Ro.sacrificiis donisq̃ placauerat ex arcanis & uetustis penetralibus a.C. Verre immissis latronibus seruis:ipune sublata est. Idẽ uero cũ affirmaret se a Siculis (ut cãm ꝓuinciæ suscipet) oratũ his uerbis usus est:sese iã ne deos quidem in suis urbibus (ad quos cõfugerẽt) habere ꝙ eorũ simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimus sustulisset:quasi uero si uerres ex urbibus delubrisq̃ sustulerat:de cælo quoq̃ sustulerat. Vnde apparet istos deos nihil hr̃e in se amplius q̃ materiam de qua sũt fabricati:nec imerito:A te.M. Tulli:hoc ẽ ad te ipsũ m hoiem. Siculi confugerunt:quoniam triennio sunt expti deos illos nihil ualere. Esset.n.stultissi-

C. uerres
T. auctor
Ceres

mi:si ad eos ob defendendas iniurias hoium cõfugissent:q.C.Verri nec ꝑ se ipsis irati esse poterãt. At.n. Verres ob hæc facinora damnatus est. Nõ ergo dii uindicauerunt: sed Ciceronis industria qua uel defensores eiꝰ oppssit:uel gratiæ restitit. Quid ꝙ apud ipsum Verrem non fuit ulla dãnatio sed uocatoꝰ:ut quẽadmodũ Dionysio deorum spolia gestandi:dii imortales bonã dederant nauigatõem:sic ẽt Verri bonam quietẽ tribuisse uideantur:in qua sacrilegiis suis tranquille frui posset. Nã frementibꝰ postea ciuilibus bellis sub obtentu diuinationis ab oĩ periculo & metu remotꝰ:aliorum graues casus & mirabiles exitus audiebat:& qui cecidisse solus oibꝰ stantibꝰ uidebatur: is uero uniuersis cadentibus solus stetit:donec illum & opibus sacrilegio partis & uita satiatũ ac senectute confectũ ꝓscriptio triumuiralis auferret:eadem scilicet quæ Tulliũ uiolatæ deorũ maiestatis ultorẽ. Quin ẽt fœlix in eo ipso fuit:ꝙ ante suã mortem crudelissimũ exitũ sui accusatoris audiuit. Diis uidelicet ꝓuidentibꝰ:ut sacrilegus ac prædo ille religionum suarũ non ante moraretᷣ:q̃ solatium de ultione cœpisset.

Quod solus oium creator uerus deꝰ est:solusq; colendꝰ:nec elementa nec corpora cælestia aliqd diuinitatis hñt:in quo & stoici desipiunt:qui stellas deos putant quæ nõ sua uoluntate mouentᷣ sed dei:& qua ratione eas sic fieri uoluit. Ca.v.

q Vanto igitur rectius est omissis isensibilibꝰ & uanis.oculos eo tendere:ubi sedes:ubi habitatio est dei ueri:qui terrã stabili firmitate suspendit: qui cælũ distinxit astris fulgentibꝰ:qui solem rebꝰ humanis clarissimũ ac singulare lumen in argumentũ suæ ac unicæ maiestatis accendit: Terris aũt maria circunfudit: flumina sempiterno lapsu fluere præcepit.

Iussit & extendi cãpos:subsidere ualles. Fronte regi siluas lapidosos surgere mõtes.

Quæ utiq; oia non Iuppiter fecit.q ante annos mille septingentos natus est: sed idem.

Ille opifex rerum mundi melioris origo. Qui uocatur deus:cuius principium quoniam non potest compræhendi:ne quæri debet quidem. Satis est hoi ad plenam perfectamq; prudentiam. si deũ esse intelligat:cuius intelligentiæ uis & summa hæc ẽ:ut suscipiat & honorificet cõem parentem generis humani:& rerũ mirabilium fabricatorẽ. Vnde quidam hebetis obtusiq; cordis elementa quæ & facta sunt & carent sensu: tanq̃ deos adorant:qui cum dei opa mirantur:cælum cum luminibus uariis: terram cũ campis & montibus:maria cum fluminibꝰ:& stagnis & fontibꝰ.earum rerum admiratiõe obstupefacti:& ipsius artificis obliti:quem uidere non poterant:eius opa uenerari & colere cœperunt:nec unq̃ intelligere quiuerunt:q̃to maior q̃toq; mirabilior sit:q illa fecit ex nihilo:quæ cũ uideant diuinis legibus obsequentia:cõmodis atq; usus hoium perpetua necessitate famulari. Tamen illa deos existimant esse ingrati aduersus beneficia diuina:qui deo pr̃i indulgentissimo sua sibi opa prætulerũt Sed qd mirum:si aut barbari aut impiti hoies errãt:cũ & philosophi stoicæ disciplinæ in eadẽ sunt opinione: ut oia cælestia quæ mouentur in deorũ numero hñda esse cẽseant: Siqdẽ Lucillius stoicus apud Cic.sic loqtur.Hanc igitᷣ in stellis cõstãtiã:hanc tantũ i tã uariis cursibꝰ in oĩ æternitate conuenientiã tpum non possum intelligere sine mente:rõne:cõsilio.quæ cum in sideribus esse uideamus:non possumꝰ ea ipsa in deorum numero ponere. Item paulo supiꝰ Restat inquit ut motꝰ astrorum sit uoluntarius:quæ q uideat:non indocte solum:uerũ ẽt impie faciat:si deos esse neget. Nos uero & qdẽ cõstãter negamus.& ac uos o philosophi non solum indoctos & impios:uerũ ẽt cæcos & ineptos delirosq; ꝓbamus: qui ignorantiam imperitorum uanitate uicistis. Illi enim solem & lunam:uos etiam sidera deos putatis. Tradite igitur nobis stellarum misteria:ut aras & templa singulis eriga-

Lucillius auctor

Reprobatio phōr

mus ut sciamus quo quãq; ritu: quo die colamus: quibus noibus. quibus precibus aduocemus: nisi forte nullo discrimine tã innumerales: tam minutos deos aceruatim colere debemus. Quid q̃ argumentum illud: quo colligunt uniuersa cælestia: deos esse in contrarium ualet? Nã si deos esse iccirco opinant̃: quia certos & rationabiles cursus habent errant. Ex hoc. n. apparet deos non esse: q̃ exorbitare illis a præstitutis itinerib⁹ nõ licet. Cæterũ si dii essent: huc atq; illuc passim sine ulla necessitate ferrentur: sicut aĩantes in terra: quarum (quia liberæ sunt uoluntates) huc atq; illuc uagantur ut libet: & quo quanq; mens duxerit: eo fertur. Non est igitur astrorum motus uolũtarius sed necessarius: quia præstitutis legibus officiiq; deseruiunt. Sed cum disputaret de cursibus siderum: quos ex ipsa rerum actpum congruentia intelligebat non esse fortuitos existimauit uoluntarios esse: tanq̃ nõ possent tam disposite: tã ordinate moueri: nisi sensus illis inesset officii sui sciens. O q̃ difficilis est ignorãtibus ueritas: & q̃ facilis scientibus. Si motus iquit astrorũ fortuiti nõ sunt: nihil aliud restat nisi ut uoluntarii sint Immo uero ut non esse fortuitos manifestũ est: ita nec uoluntarios. Quõ igitur in conficiendis itineribus constantiam suam seruant? Nimirum deus uniuersi artifex sic illa disposuit: sic illa machinatus est: ut p spacia cæli diuina & admirabili ratione decurrerent: ad efficiendas succedentium sibi tpum uarietates. An archimedes siculus concauo ære similitudinem mundi ac figuram potuit machinari: in quo ita solem ac lunam composuit: ut inæquales motus & cælestibus similes conuersionibus singulisq; quasi diebus efficerẽt: & non modo decessus solis & accessus uel incrementa diminutionesq; lunæ: uerum ẽt stellarũ: uel errantium uel uagarũ: dispares cursus orbis ille dum uertitur exhiberet? Deus ergo illa uera non potuit machinari & efficere: que potuit solertia hominis imutatione simulare? Vtrum ne igitur Stoicus si astrorũ figuras in illo ære pictas effictasq; uidisset suo illa consilio moueri diceret: ac non potius artificis igenio: Inest ergo sideribus ratio ad peragendos meat⁹ suos apta: sed dei est illa rõ: q & fecit & regit oĩa. Nõ ipõrũ siderũ quæ mouent̃: nã si solẽ stare uoluisset: ppetu⁹ dies utiq; esset. Itẽ si mot⁹ astra non haberent: quis dubitet sempiternã noctẽ fuisse futuram? Sed ut diei ac noctis uices essent moueri ea uoluit: & tã uarie moueri: ut nõ mõ lucis ac tenebrarũ mutuæ uicissitudines fierent: qb⁹ laboris & quietis alterna spacia cõstarẽt: sed ẽt frigoris & caloris & diuersorum tpum uis ac potestas: uel generandis uel maturandis frugib⁹ conueniret. Quam sollertiam diuinæ potestatis in machinandis itinerib⁹ astrorum (q̃a philosophi non uidebant) aĩalia esse sidera putauerunt: tanq̃ pedib⁹ & sponte non diuina ratione ꝓcederent. Cur autem excogitauerit illa de⁹: quis non intelligit? Scilicet ne solis lumine decedente: nimium cæca nox tetris atq; horrentib⁹ tenebris ingrauesceret: noceretq; uiuentibus. Itaq; & cælũ simul mira uarietate distinxit: & tenebras ipsas multis minutisq; luminib⁹ temperauit. Quanto igitur Naso sapienti⁹: q̃ illi qui sapiæ studere se putant qui sentit a deo lumina illa ut horrorem tenebrarũ depellerẽt instituta? Is eũ librũ quo phœnomena breuiter cõprehendit. his trib⁹ uersib⁹ terminauit.

Archimedes

Naso auctor

Tot numero taliq; de⁹ simulachra figura Imposuit cælo: pq; atras sparsa tenebras
Clara pruinose iussit dare lumina nocti.

Quod si fieri non põt: ut stellæ dii sint: ergo nec sol quidem nec luna dii esse possunt: qm̃ luminib⁹ astrorum non ratione differunt: sed magnitudine. Quod si hi dii non sunt ergo nec cælum quidem in quo illa omnia continentur.

Quod nec terra: nec aqua nec pars aliqua mundi nec tot⁹ ipse de⁹ est animat⁹ sicut stoici mentiuntur qui quod astruunt pariter & euertunt. Ca. vi.

Imili mō si terra quā calcamus: quā subigimus: & colimus ad uictū: deus nō
s est: ne cāpi qdē ac mōtes dii erunt. Sed hi nō sunt: ergo nō tellus qdē uniuer-
sa deus uideri pōt. Itē si aqua quæ seruit animantibus ad usum bibendi aut la
uandi: deus nō est: ne fontes qdē ex qbus aqua ꝑfluit. Si fontes nō sunt: ne flumina q-
dem: quæ de fontibus colligunt᷑. Si flumina quoq; dii nō sunt: ergo & mare: qđ ex flu-
minibus constat: sed haberi non pōt. Quod si neq; cælū: neq; terra: neq; mare: quæ mū
di partes sunt: dii esse non possunt: ergo ne mundus qdem totus deus est. quē idem ipsi
stoici & aiantem & sapientē esse contendunt. Et ꝑpterea deū in quo tā icōstātes fuerūt
ut nihil dictū sit ab his: quod nō ab iisdē fuerit euersum. Sic. n. argumentant᷑: fieri non
posse ut sensu careat: quod sensibilia ex se generat. Mundus aūt generat hoiem: qui est
sensu præditus: ergo & ipum sensibilem esse. Itē sine sensu esse nō posse: cuius pars hēat
sensum. Igitur quia hō sensibilis est: ēt mundo cuius pars hō est: inesse sensum. Præpo-
sitiones qdem ueræ sunt: & sensibile esse: qđ sensu præditum gignat: & hrē sensum: cu
ius pars sensu aucta sit. Sed assumptōes falsæ: quibus argumenta cōcludunt: quia neq;
mundus generat hoiem: neq; mundi hō pars est. nā hoiem a principio idem deus fecit.
ꝙ & mundū: & nō est mundi pars hō: sicut corpis mēbrū. Pōt. n. mundus esse sine hoie:
sicut & urbs & domus. Atqui ut domus unius hois habitaculū est: & urbs uniꝰ populi
sic & mundus domiciliū totius generis humani: Et aliud est quod incolitur: aliud quod
colit. Sed illi dum student id quod falso suscæperant confirmare: & sensibilē esse mūdū
& deū: argumentorū suorū cōsequētia non uiderūt. Nā si mūdi pars est hō: & sensibilis
est mūdus: qa hō sentit. Ergo qa mortalis est hō: mortalis sit & mūdus necesse ē: nec tā
tū mortalis: sed ēt oibus morbis & passioniqus subiectus: & ecōtrario: si deus est mun-
dus: & partes eius utiq; immortales sūt: ergo & homo deꝰ est: quia pars est (ut dicitis)
mundi. si hō: ergo iumenta & pecudes: & cætera genera bestiarū & auium & pisciū: qm̄
illa eodem modo sentiunt: & mundi partes sunt. At hoc tolerabile est. Nam & hæc co-
lunt ægyptii. Sed res eo peruenit: ut & ranæ & culices & formicæ dii esse uideantur:
qa & ipsis inest sensus: & ex pte mūdi sūt. Ita semp argumenta ex falso petita: ineptos &
absurdos exitus habent. Quid q; iidē ipsi aiunt deorū & hoium cā mundū esse constru
ctum quasi cōem domum? Ergo nec mundus deus est: nec animans: si constructus est
animans. n. non construit᷑ sed nascit᷑. Et si est ædificatus: & sic utiq; tanq̄ domus. tanq̄
nauis. Est ergo aliquis artifex mundi deus: & seorsum erit mundus qui factus est seor-
sum ille qui fecit. Iam illud quidem repugnans & absurdum: q; cum cælestes ignes: cæ
teraq; mundi elementa deos esse affirmant. Item ipsum deum mundū dicunt. Quo pōt
ex deorum multorum aceruo unus deus confici. si astra dii sunt: mundus ergo non de-
us sed domicilium deorum est. Si uero deus mundus est: ergo oia illa quæ sunt in eo: dii
non sunt: sed dei membra quæ utiq; solius dei nomen accipere non possunt. Nec. n. re
cte quis dixerit membra hois unius multos hoies esse: sed tamen non est similis com-
paratio aialis & mundi. Animal enim quia sensu præditū est: & mēbra eius hn̄t sensum
nec nisi a corpore diuulsa putrescunt. Cuius igit᷑ rei similitudinem gerit mundus? Ni-
mirū ipsi docent: cū factū esse non diffitētur: ut esset diis & hoibus quasi cois domus.
Si ergo est cōstructus ut domus: nec ipse deus ē: nec elemēta quæ sunt partes eius. qa
neq; domus habere dominium sui pōt: neq; illa de quibus domus cōstat. Non tm̄ igitur
ueritate: sed ēt uerbis suis reuincuntur. Sicut. n. domus in usū habitandi facta per se ni
hil sentit dominoq; subiecta est: qui eam fecit aut incolit: ita mundus p̄se nihil sentiens
factori deo subiacet: qui eum in usum sui fecit:

Q d' dupliciter peccãt insipiẽtes:& ꝙ auaritia sub obtẽtu religiõis colit' prævalẽte rõe:traditõe maiorũ:& q fuerit maiores:quorũ auctoritas ꝑiudicat ueritati. Ca.vii.

Vplici ergo ratiõe peccatur ab insipientibus. Primũ ꝙ elementa id est dei opa
d deo præferunt. Deinde ꝙ elementorum ipsorum figuras humana specie comprehensus colunt. Nam solis lunæq; simulacra humanũ in modum formant Item ignis & terræ & maris quæ illi Vulcanum: Vestam: Neptunum uocant: nec elementis ipsis in aperto litant. Tanta homines imaginum cupiditas tenet: ut iam uiliora dicantur illa quæ uera sunt: auro scilicet: gemmis & ebore delectantur. Horum pulchritudo ac nitor præstringit oculos: nec ullam religionem putant ubicunq; illa non fulserint. Itaq; sub obtentu deorum auaritia & cupiditas colitur. Credunt.n. deos amare qcquid ipsi concupiscunt: quicquid est quod pp furta: & latrocinia. & homicidia quotidie sæuiunt: propter quod bella per totum orbem populos urbesq; subuertunt. Cõsecrãt ergo diis manubias & rapinas suas: quos certe necesse est imbecilles esse ac summæ uirtutis expertes: si subiecti sunt cupiditatibus: cur enim cælestes eos putemus si desiderãt aliquid de terra? Vel beatos: si aliqua re indigent? Vel incorruptos: si uoluptati habent ea: in quibus appetendis cupiditas hominum non immerito damnatur? ueniunt igitur ad deos: non tam religionis gratia: quæ nulla potest esse in rebus male partis & corruptibilibus: q̃ ut aurum oculis hauriant. nitorem leuigati marmoris aut eboris aspiciant: ut insignes lapillis & coloribus uestes: uel distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione contrectent. Et quanto fuerint ornatiora templa & pulchriora simulacra: tanto plus maiestatis habere credantur: adeo religio eorum nihil aliud est q̃ quod cupiditas humana miratur. Hæ sunt religiones quas sibi a maioribus suis traditas pertinacissime tueri ac defendere perseuerant: nec considerant quales sint: sed ex hoc probatas atq; ueras esse confidunt: quod eas ueteres tradiderunt: tantaq; est auctoritas uetustatis: ut inquirere in ea scelus esse dicitur. Itaq; creditur ei passim tanquam cognitæ ueritati. Deniq; apud Ciceronem sic dicit Cotta Lucillo. Habes Balbe quid Cotta quid pontifex sentiat: fac nunc ego intelligam: quid tu sentias: a te enim philosophiæ rationem religionis accipere debeo. Maioribus autem nostris etiam nulla ratione reddita rationis est credere. Si credis? cur ergo rationem requiris quæ põt efficere ne credas. Si rationem requiris & quærendã putas: ergo nõ credis. Iõ.n. quæris ut eã sequaris cũ inueneris: docet te ecce ratio nõ esse ueras religiões deorum quid facies? Maiores ne potius an rationem sequeris? Quæ quidẽ tibi nõ ab alio insinuata: sed a te ipso inuenta & electa est cum omnes religiones radicitus eruisti. Si rationẽ mauis discedere te necesse est ab institutis & auctoritate maiorũ: quoniã id solum rectũ est: quod ratio præscribit. Si aũt pietas maiores sequi suadet fateri igit' & stultos illos fuisse: qui excogitatis cõtra rõnem religionibus seruiũt: & te ineptum qui id colas: quod falsũ esse conuinceris. Sed tñ quoniam nobis tantope maiorum nomen opponit': uideamus tñ qui fuerint maiores illi: a quorum auctoritate discedi nefas ducitur. Romulus urbem conditurꝰ pastores (inter quos adoleuerat) conuocauit. Cunq; his numerus condendæ urbi parũ idoneus uideretur: constituit asilium. Eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quinq; sine ullo conditionis discrimine. Ita conflauit ex his oĩbus populũ: legitq; in senatum eos: qui ætate ãnibant: & patres appellauit: quorũ consilio gereret oĩa de quo senatu. Propertius elegiarũ scriptor hæc loquit'.

Cicero auctor Cotta Lucillus

Romulꝰ

Propertius auctor

Buccina cogebat priscos ad uerba quirites Centũ: illi in prato sæpe senatus erat.
Curia prætexto nunc quæ nitet alta senatu; Pellitos habuit rustica corda p̃res.

Hi sunt patres: quorũ decretis eruditi ac prudẽtes uiri deuotissime seruiebãt. Idq; uerũ ac innumerabile oĩs posteritas iudicet: q, centũ pelliti senes senatũ esse uoluerũt. quos tñ (ut ĩ prĩo libro dictũ ẽ) Põpilius illexit: ut ẽt crederent uera sacra: quæ ipse tradebat. Est uero q illorum auctoritas tanti habeatur a posteris: quos nemo cum uiuerent: neq; summus neq; infimus affinitate dignos iudicauit.

Quod ratione potius innitendum est: & quæ miracula scripta sunt ad confirmationem erroris multorum. Cap. viii.

q

Vare oportet in ea re maxie: in qua uitæ rõ uersat': sibi quẽq; considere: suoq; iudicio ac ꝑpriis sensibus niti ad inuestigãdã & ꝑpẽdẽdã ueritatẽ: q̃ credentẽ alienis erroribus decipi: tanq̃ ipsum rationis expertem. Dedit oibus deus pro uirili portione sapiam: ut & in audita inuestigare possent & audita ꝑpendere. Nec quia nos illi temporibus antecesserunt: sapientia quoq; ant cesserunt: quæ si oibus æqualiter datur: occupari ab antecedentibus nõ põt. Illi babilis est tanq̃ lux & claritas solis: qa ut sol oculorum: sic sapientia lumen est cordis humani: Quare cũ sapere: id est u eritatẽ quærere omnibus sit inatum: sapiam sibi adimunt. q sine ullo iudicio inuenta maiorum ꝓbãt: & ab aliis (pecudũ more) ducũtur. Sed hoc fallit: q maiorũ noie posito non putãt fieri posse: ut aut ipsi plus sapiant: quia minores uocantur: aut illi desipuerint: quia maiores noiantur. Quid ergo impedit: quin ab ipsisis sumamus exemplum? ut q̃o illi qui falsa inuenerant: posteris tradiderunt: sic nos qui uerum inuenimus: posterius meliora tradamus. Supest ingẽs q̃stio: cuius disputatio nõ ab igenio sed a sciẽtia uenit: quæ pluribus explicãda erit: ne qd dubiũ oĩo relinquat'. Nã fortasse aliquis ad illa cõfugiat q̃ a multis & nõ dubiis tradũt' auctorib⁹: eos ipsos quos docuim⁹ deos nõ eẽ: maiestatẽ suã ꝑsæpe oñdisse & ꝓdigiis & somnis: & auguriis: & oraculis. Et sãe multa enumerari possunt digna miracula. In primis illud qd̃ Actius Nauius summus augur: cũ Tarquinum Priscũ cõmoneret: ut nihil noui facere incipet: nisi prius esset iauguratus: eiq; rex artis eius eleuãs fidẽ diceret: ut cõsultis auibus renunciaret sibi utrũ ne fieri posset i d q ipse aĩo cõcepisset: affirmaretq; Nauius posse. Cape igit' hanc inqt cotẽ. eaq; nouacula desi iceat ille incontanter accæpit ac secuit. Deinde illud quod Castor & Pollux bello latino apud lacũ Iuturnæ uisi sũt equorũ sudorẽ abluẽtes: cũ ædes eorũ (quæ iũcta fonti erat sua spõte patuisset. Idẽ bello Macedõico eqs albis insidẽtes. P. Vatieno Romam nocte ueniẽti: se obtulisse dicũtur: nũciantes eo die regẽ Persen uictũ atq; captũ: quod paucis post diebus litteræ Pauli uerũ fuisse docuerũt. Illud ẽt mirabile: q simulacrũ Fortunæ muliebre nõ semel locutũ esse traditur. Itẽ iunonis Monetæ cũ captis ueiis ex militib⁹ ad eã trãsferendã missus unus iocabundus ac ludens iteri ogaret: ntrũ ne Romã migrare uellet? rñdit uelle. Claudia quoq; ꝓponit' in exẽplo miraculi. Nã cũ ex libris Sibyllynis Iudæa mater eẽt accita: & in uado Tyberini fluminis nauis (ĩ qua uehebat') hæsisset: nec ullo mõ aut ulla ui cõmoueretur: Claudiã ferũt q̃ ferũt ipudica esset habita: ob nimios corporis cultus deam submissis genibus orasse: ut si se castã iudicaeet suum cingulũ sequeretur: Ita naui quæ ab oĩ iuuentute nõ ualuit cõmoueri: ab una muliere esse cõmota. Illud æque mirum: q lue sæuiẽte Aesculapius Epidauro accitus: urbẽ Romã diuturna pestilentia liberasse ꝑhibet'. Sacrilegi quoq; numerari possunt: quorũ ꝑ̃senti bus pœnis iniuriã suã dii uindicasse credunt'. Appius Claudius censor: cum aduersus responsum ad seruos publicos sacra Herculis transtulisset: luminibus orbatus ẽ: & Potitiorũ gens quæ ꝑdidit: intra unius anni tempus extincta ẽ. Itẽ censor Fului⁹ cũ ex Iunonis Laciniæ templo marmoreas tegulas sustulisset: qbus ædem Fortunæ equestris

Actius Nauius Tarquin⁹ prisc⁹

Castor & Pollux Perses P. Vi

Iuno Veii Claudia

Aesculapius A. Claudius Fuluius

sapia

Erratum (quã Romæ fecerat) tegeret: mente captus est: & amissis duobus filiis ĩ illyrico militãtibus: summo aĩ mœrore cõsumptus ẽ. Præfectus ẽt. M. Antonii Turullius cum apud Choos euerso Aesculapii luco classem fecisset. eodẽ postea loco a militibus Cæsaris est iterfectus. His exẽplis adiungit Pyrrhus: q sublata ex thesauro Proserpinæ Locrensis pecunia: naufragiũ fecit: ac uicinis deæ littoribus illisus ẽ: ut nihil præter eã pecuniã in colume reperiretur. Ceres quoq; Milesia multũ sibi apud hoĩes ueneratõis adiecit. nã cũ ab Alexãdro capta ciuitas eẽt: ac milites ad eã spoliãdã irrupissẽt: oĩum oculos repẽte obiectus fulgoribus extinxit: Repperiuntur ẽt somnia: quæ uim deorum uideantur ostendere Tyberio nãq; Attinio homini plebeio p quietẽ obuersatus esse Iuppiter dicit & præcepisse ut consulibus & senatui nunciaret ludis circensibus pximis præsultorẽ sibi displicuisse: q Antonius Maximus qdã uerberatũ seruũ sub furca medio circo ad suppliciũ duxerat: ideoq; ludos instaurari oportere. Q d' cũ ille neglexisset: eodẽ die filium pdidisse: ipse ãt graui morbo ẽ correpť. Et cũ rursus eãdẽ imagiuẽ cerneret: qren tem satis ne pœnarũ p neglecto impio pepẽdisset: lectica delatus ad cõsules: & oĩ re in senatu exposita recepisse corpis firmitatẽ: suisq; pedib9 domũ rediisse. Illud quoq; somnium non minoris fuit admirationis: quo Cæsar Augustus dr̃ esse seruatus: Nã cũ bello ciuili Bruciano ĩplicitus graui morbo abstinere a prælio statuisset: medico eius Artorio Mieruæ species obseruata ẽ: monẽs ne pp corporis ĩbecillitatẽ castris se cõtieret Cæsar. Itaq; in aciẽ lectica platus est. Eodẽq; die a Bruto castra capta sũt. Multa præterea exẽpla similia possunt pferri: sed uereor ne si fuero in ppositione rerũ contrariarũ diutius ĩmoratus: aut oblitus esse ppositi uidear: aut crimen loquacitatis incurrã.

Turulli9 — Pyrrhus — Ceres — Alexãder — Tyberi9 — A.M. — Cęsar A.

Quod p iuidiã diaboli ĩtrauit mors: & pullularunt radices errorũ. Et q deus ipse natura est: qui materiam primordialem & omnia fecit ex nihilo. Ca. ix.

Xponã igiť oĩum istorũ rõnem: quo facilius res difficiles q obscuræ ĩtelligãť & has oẽs simulati numinis præstigias reuelabo: qbus ĩducti hoĩes a ueritatis uia lõgius recesserũt. sed repetã longe altius: ut siqs ad legẽdũ exps ueri & ignarus accesserit: instituať atq; ĩtelligat q tandẽ sit caput horũ & cã malorũ: & lumĩe accepto suos ac totius generis humani pspiciat errores. Sicut mater sine exẽplo genuit auctorem suũ sic ineffabiliter pater genuisse credẽtibus ẽ cohæternũ. De matre nat9 ẽ q añ iã fuit de patre qui aliqñ non defuit. Hoc fides credat intelligentia non requirat. Ne aut nõ inuentum putet incredibile aut repertũ nõ credat singulare. Cũ eẽt deus ad excogitandũ prudentissimus ad faciendũ solertissimus anteq̃ ordireť hoc opus mundi qm̃ pleni & consumati boni fons in ipso erat sicut ẽ semp ut ab eo bono tanq̃ riuus oriretur longeq; pflueret pduxit similem sui spiritũ q esset uirtutibus dei patris prædit9 Q ũo aũt id uoluerit in quarto docere conabimur libro. Deinde fecit alterum in quo ĩdoles diuinæ stirpis non pmansit: Itaq; suapte inuidia tanq̃ ueneno infectus ẽ & ex bono ad malũ trãscendit suoq; arbitrio qd' a deo illi liberũ datũ fuerat cõtrariũ sibi nomẽ adsciuit. Vnde apparet cũctorũ malorũ fontẽ eẽ liuore. Inuidit. n. illi ãtecessori suo q deo patri pseuerãdo tũ pbatus tũ ẽt carus ẽ. Hunc ergo ex bono p se malum effectum græci διαβολον appellãt nos criminatorem uocamus q crimina in quæ ipse illi sit ad deũ deferat. Exorsus igiť deus fabricã mũdi iliũ primũ & maximũ filiũ p̃fecit opi uniuerso. eoq; simul & consiliatore usus est & artifice inexcogitandis ornãdis pficiendisq; rebus quoniã is & prudẽtia & ratione & potestate pfectus ẽ de quo nũc pcius q alio loco & uirtus & nomen eius & ratio enarranda nobis erit. Nemo quærat ex quibus ista materiis tam magna tam mirifica opa deus fecerit. Oĩa. n. fecit ex nihil. Nec audiendi

sunt poetæ:q aiūt chaos in principio fuisse:id est cōfusionē rerū atq; elemētorū. Postea uero deū dirimisse oēm illā cōgeriē:singulisq; rebus ex cōfuso aceruo separatis in ordinēq; descriptis:instruxisse mūdū pariter & ornasse. qbus facile ē respondere potestatē dei nō intelligentibus:quē credūt nihil efficere posse nisi ex materia subiacente ac præparata:in quo errore ēt philosophi fuerūt. Nā Cicero de natura deorū disputans sic ait: primū igit̃ nō est ꝓbabile eā materiā rerū:unde orta sunt oia:eē diuina ꝓuidentia effectam. Sed habere & habuisse uim:& naturā suā. Vt igitur faber cū qd ædificaturus ē: non ipse facit materiam:sed ea utitur quæ sit parata:fictorq; item cæra: sic isti ꝓuidentiæ diuinæ materiā p̄sto eē oportuit:nō quā ipse faceret:sed quā haberet paratā. Quod si non est a deo materia facta:ne terra qdem:& aqua:& aer:& ignes a deo factus est. O quā multa sunt uitia in his decē uersibus. Primū q; is q ī aliis disputatōibus & libris fere omnibus ꝓuidentiæ fuerit assertor:& q acerimus argumentis ipugnauerit eos:qui ꝓuidentiam nō esse dixerunt idem nunc quasi proditor aliquis aut transfuga prouidentiam conatus est tollere:in quo si contradicere uelis:nec cogitatione opus est:nec labore:sua illi dicta recitanda sunt. Nec.n.ab ullo poterit Cicero q̄ a Cicerone uehementi⁹ refutari. Sed concedamus hoc more & instituto acadæmicorū:ut liceat hominibus ual de liberis dicere ac sentire quæ uelint:sñias ipsi⁹ consideremus. Non est inquit probabile materiam rerum a deo factam. Quibus hoc argumentis doces? Nihil.n.dixisti quare hoc non sit ꝓbabile:Itaq; mihi econtrario uel maxime probabile uidetur: nec tamen temere uidetur cogitandi plus esse aliquid in deo:quem profecto ad imbecillitatem hominis redigis:cui nihil aliud q̄ opificium concedis:Quomodo igitur ab homine diuina illa uis differunt:si (ut homo) sic etiam deus ope indigeat alienæ? Indiget autem si nihil moliri potest:nisi ab altero illi materia ministretur. Quod si fit imperfectæ utiq; uirtutis est:& erit iam potentior iudicandus materiæ institutor. Quo igitur noīe appellabit̃ qui potentia deum uicit? Siquidem maius est propria facere:q̄ aliena disponere. Si autē fieri non pōt:ut sit potentius deo quicq̄:quem necesse est perfectæ esse uirtutis:potestatis:rationis. Idem igitur materiæ fictor est.qui & rerum ex materia cōstantium (Neq; enim deo non faciente & inuito) esse aliquid:aut potuit aut debuit. Sed probabile est inquit materiam rerum & habere & habuisse naturam suam & uim:quam uim potuit habere nullo dante? quam naturam nullo generante? si habuit uim ab aliquo eam sumpsit. A quo autem sumere nisi a deo potuit? si habuit naturam u:quæ utique a nascendo dicitur:nata est:a quo autem nisi a deo potuit procreari? Natura.n.qua dicitis orta esse omnia:si consilium non habet:efficere nihil potest. Si autem generandi aut faciendi potens est:habet ergo consilium:& propterea deus sit necesse est. Nec alio nomie appellari potest ea uis:in qua est & prouidentia excogitandi:& sollertia potestasq; faciendi. Melius igitur Seneca oium stoicorum acutissimus:qui uidit nil aliud esse naturam q̄ deum. Ergo inquit deum non laudabimus:cui naturalis est uirtus:nec enim illam didicit ex ullo:immo laudabimus:quanuis enim naturalis illa ei sit:sibi illam dedit: quoniam deus ipa natura est. Igitur ortum rerum tribuis naturæ ac detrahis deo? Cur in eodem luto hæsitans:uersuram soluis. A quo enim fieri negas:ab eodem plane fieri mutato nomine confiteris:sequitur ineptissima compatio:ut faber inqt cum quis ædificaturus est:non ipe facit materiam:sed utitur ea:quæ sit para:fictorq; item cæra. Sic isti prouidētiæ diuinæ materiam esse præsto oportuit:non quam ipse faceret:sed quam haberet paratam:immo uero non oportuit. Erit.n.deus minoris potestatis:si ex parato facit:quod est hominis:Faber enim sine ligno nihil ædificat:quia lignum ipsum facere non potest.

Cicero auctor

Seneca

Non posse aũt ĩbecillitatis est humanæ: deus uero facit sibi ipse materiã q̃a põt. Posse .n. dei est: nã si nõ põt: deus nõ est. Hõ facit ex eo quod est: quia p mortalitatẽ ĩbecillis est: p imbecillitatem definitæ ac modicæ ptãtis. Deus aũt facit ex eo quod non est: quia p æternitatem fortis ẽ: p fortitudinem ptãtis ĩmensæ: quæ fine ac mõ caret: sicut uita factoris. Quid ergo mirum si facturus mũdũ deus: prius materie de qua faceret: præpauit ex eo quod non erat: q̃a nefas esset deum aliunde aliq̃d mutuari: cũ in ipso uel ex ipso sint oĩa. Nam si est aliquid ante illum factum: & q̃cquid non ab illo factum est: ptãtem dei & nomẽ amittet. At .n. materia nunq̃ facta ẽ: sicut deus q̃ ex materia fecit mundum: Duo igit̃ cõstituunt̃ æterna: & q̃dẽ ĩter se cõtraria: qd̃ fieri sine discordia & pnicie non põt. Collidãt .n. necesse ẽ ea: quorũ uis & rõ diuersa est: sic utraq; æterna eẽ nõ potuerũt si repugnant: q̃a supare alterũ necesse ẽ. Ergo fieri non põt q̃n æterni natura sit simplex ut inde oĩa uelut ex fonte descenderint. Itaq; aut deus ex materia ortus est: aut materia ex deo: q̃d horum sit uerius: facile est ĩtelligi. Ex his .n. duobus alterũ sensibile est: alterũ caret sensu. Potestas faciendi aliq̃d non potest esse: nisi in eo qd̃ sentit: quod sapit qd̃ cogitat: qd̃ mouetur. Nec incipi aut fieri: aut cõsumari q̃cq̃ põt: nisi fuerit rõne puisum. Et queadmodũ fiat: anteq̃ est: aut queadmodũ cõstet postq̃ fuerit effectũ. Deniq; is facit aliquid: q̃ habet uoluntatẽ ad faciendũ: & manus ad id qd̃ uoluit ĩplendũ. Quod ãt ĩsensibile est: iners & turpidũ semp iacet: nihil ĩde oriri põt: ubi nullus est motus uoluntarius: nã si oẽ aĩal rõne constat: certe nasci ex eo non põt: qd̃ rõne præditũ non est: nec aliunde recipi põt id: qd̃ ibi aliunde petit̃ non est. Nec tñ commoueat aliquẽ: q, aĩalia quædã de terra nasci uident̃: Hæc .n. nõ terra p se gignit: sed spiritus dei: sine quo nihil gignitur. Non ergo deus ex materia: q̃a sensu præditũ ex insensibili: sapiens ex bruto impatibile de patibili: ex pers corpis de corporali: nunq̃ põt oriri: sed materia potius ex deo est. Quicq̃d .n. est solido & contractabili corpore: accepit externã uim: quod accepit uim dissolubile est: qd̃ dissoluit̃ ĩteribit: qd̃ ĩterit: ortũ sit necesse ẽ: qd̃ ortũ est hũit fontem unde oriret̃: idest factorẽ aliquẽ sentientẽ puidũ: pitũq; faciendi. Is est profecto nec ullus ali⁹ q̃ deus. Qui q̃m sensu: rõne: prudentia potestate: uirtute præditus est & animantia & inanimata creare & efficere põt: quia tenet quomodo: quidq; sit faciendum. Materia uero semper fuisse non potest: quia mutationem non caperet: si fuisset. Quod enim semper fuit: semper esse non desinit: & unde abfuit principium: ab esse hic ẽt finẽ necesse est. Quin ẽt facilius est ut id qd̃ habuit initium: fine careat: q̃ ut habeat finem: qd̃ initio caruit. Materia ergo si facta non est: nec fieri ex ea quicq̃ potest. Si fieri ex ea non potest: nec materia quidem erit. Materia enim est ex qua fit aliquid. Omne autem ex quo fit: quia recepit opificis manum destruitur: & aliud esse incipit. Ergo quoniam finem habuit materia: tum cum factus est ex ea mundus: & initium quoq; habuit Nam quod destruitur: ædificatum est: quod soluitur: alligatum: quod finitur: incæptum est. Si ergo ex commutatione ac fine materia colligitur habuisse principium: a quo alio fieri nisi a deo potuit? Solus igitur deus est qui factus nõ est: & iccirco destruere alia potest: ipse destrui non potest: permanebit semper in eo quod fuit: quia non est aliunde generatus nec ortus: nec natiuitas eius ex aliqua alia re pendet: quæ illum mutata dissoluat. Ex seipso est: ut in primo diximus libro. Et ideo talis est: qualem se esse uoluit: impossibilis: imutabilis: incorruptus: beatus: æternus Iam uero illa conclusio qua sententiam terminauit Tullius multo absurdior: q, si materia inquit a deo non est facta nec terra quidem: & aqua: & aer: & igni a deo factus est. Quod calidæ periculum præteruolauit. Sic enim superius illud assumpsit: tanquã probatione non indigeret: cum id

Tulli⁹ auctor

multo esset incertius q̃ illud: pp qđ assumptũ ẽ. Si nõ est inqt a deo facta materia: nec mundus a deo factus ẽ. Ex falso maluit colligere quod falsum est: q̃ ex uero qđ uerũ. Et cũ debeãt incerta de certis ꝓbari: hic ꝓbatõem sũpsit ex ĩcerto: ad euertẽdũ qđ erat certũ. Nã diuina ꝓuidentia effectum esse mundũ: ut taceam de termaximo Trimegisto: q hoc prædicat: taceã de carminibus Sibyllarũ: quæ idẽ nũciant. Taceã de prophetis: qui opus mũdi ac opificiũ dei uno spiritu ac pari uoce testantur. Etiam inter philosophos pene uniuersos cõuenit. Idẽ ẽt pythagoricis: stoicis: ꝑipatetici: q sunt principales oĩum disciplinæ. Deniq; a primis illis septẽ sapiẽtibus: uti a Socrate usq; ad Platonem ꝓ cõfesso & ĩdubitato hĩtum est: donec unus multis post sæculis extitit delirus Epicurus: qui auderet negare id qđ est euidentissimũ: studio scilicet inueniendi noua ut nomĩe suo cõstitueret disciplinã: Et quia nihil noui potuit reppire: ut tñ dissentire a cæteris uideretur: uetera uoluit uertere: in quo illum circunlatrantes philosophi oẽs coarguerũt. Certius est igitur mundũ ꝓuidentia instructũ: q̃ materiã ꝓuidentia conglobatã. Quare nõ oportuit putare iccirco mundũ non esse diuina ꝓuidentia factũ: quia materia ei⁹ diuina prouidentia facta nõ sit: sed qa mundus diuina ꝓuidentia sit effectus & materiã esse factam diuinitus Credibilius est.n. materiã potius a deo factam: qa deus oĩa põt: q̃ mundum a deo non esse factum: quia sine mente: ratione cõsilio nihil fieri põt. Verum hæc nõ Ciceronis ẽ culpa: sed sectæ. Cũ.n. suscæpisset disputatõem: qua deorũ naturã tolleret: de qua philosophi garriebãt: oẽm diuinitatẽ ignorantia ueri putauit esse tollẽdã. Itaq; deos potuit tollere: qa non erãt. Cum aũt ꝓuidentiam diuinã quæ est in uno deo conaretur euertere. quia contra ueritatẽ niti cœperat: deficientibus argumentis: in hanc soueã necessario decidit: unde se extricare nõ posset. Hic ergo illum teneo hærentem teneo defixum quo Lucillius (q cõtra disserebat) obmutuit. Hic est ergo cardo rerũ: hic uertunt̃ oĩa. Explicet se Cotta si põt: ex hac uoragine ꝓferat argumenta: quibus doceat semp fuisse materiam: quam nulla ꝓuidentia effecerit. Ostendat qũo quicq̃ põderosum & graue aut esse potuerit sine auctore: aut ĩmutari ualuerit ac deiierit esse qđ semp fuit: ut inciperet esse quod nunq̃ fuit. Quæ si docuerit tũ demũ assentiat: ne mũdũ qdẽ diuina ꝓuidentia cõstitutũ: & tñ sic assentiat: ut aliis illũ laqueis teneã. Eodem .n. quo nollet reuoluetur: ut dicat & materiã: de qua mundus est: & mundũ qui de materia est: natura extitisse: cũ ergo ipsam naturã deũ esse cõtendã. Nec.n. põt facere mirabilia: idest maxima rõne constantiã: nisi qui habet mẽtẽ: prouidentiam: potestatẽ. Ita fiet ut deus fecerit oĩa: nec quicq̃ esse possit oĩo: qđ nõ originem a deo traxerit. At idem quotiens Epicureus est & nõ uult a deo factum esse mundũ: quærere solet quibus manibus: quibus machinis: quibus uectibus: qua molitione hoc tm̃ opus fecerit. Videret fortasse: si eo tempore potuisset esse: quo deus fecit. Sed ne perspiceret homo dei opera noluit eum inducere in hunc mundum: nisi perfectis oĩbus: sed ne induci quidem poterat. Quomodo.n. subsisteret: cum fabricaretur de sup cælum: terra subtus fundaretur cum fortasse humida uel nimiis rigoribus corporata concrescerent: uel igneis calorib⁹ incocta & solidata durescerent. Aut qũo uiueret sole nondũ instituto: nec frugibus nec aĩalibus natis? Itaq; necesse fuit hoĩem postremo fieri: cum iam mundo cæterisq; rebus manus summa esset ĩposita. Deniq; sanctæ litteræ docet hoĩem fuisse ultimum dei op⁹ & sic inductum fuisse in hunc mundum: quasi in domum iam paratam & instructam. Illius.n. causa facta sunt omnia. Idem ẽt poetæ fatentur. Ouidius perfecto iam mundo & uniuersis animalibus figuratis hoc addidit.

Sanctius his aĩal mentisq; capacius altæ Deerat adhuc: & qđ dñari in cætera posset

Lucillius Cotta cõfirmatio qui ponebat materiam inefectam

Qua rõe deus ultimo homĩnẽ creauit

Ouidius auctor

Natus homo est adeo Nefas extimandum est ea scrutari: quæ deus uoluit esse cælata. Verum ille non audiendi aut discendi studio requirebat: sed fallendi: qa cõfidebat nemi nem id posse dicere. Quasi uero ex hoc putandum sit non esse hic diuinitus facta: quia quomodo facta sint: non põt ꝓuideri. An tu si educatus in domo fabrefacta & ornata nullam unq̃ fabricã uidisses: domum illam putasses non ab hoie esse ædificatam: quia qũo ædificetur. Ignorares. Idem profecto de domo quæreres: qđ nunc de mundo requi ris: quibus manibus: quibus ferramentis homo tanta esset opa molitus: maxime si saxa ingentia: imensa cæmenta: uastas colũnas: opus totum sublime & excelsum uideres: nõ ne hæc tibi humanarũ uirium modũ uiderentur excedere: qa illa non tam uiribus: q̃ rõe atq; artificio facta esse nescires. q, si homo in quo nihil pfectum est tamen plus efficit rõne: q̃ uires eius exiquæ patiãtur: quid est cur incredibile tibi esse uideatur: cũ mũdus dicituur factus a deo: i quo(qa pfectus ẽ) nec sapia põt hr̃e terminũ: nec fortitudo men surã: Opa ipsius uident̃ oculis: qũo aũt ille fecerit: ne mẽte q̃dẽ uident̃: qa (ut Hermes ait) mortales imorali temporale ꝑpetuo: corruptibile icorrupto ꝓpinquare nõ põt. i. ꝓ prius accedere: & itelligẽtia subseq: & iõ terrenũ adhuc aial rerũ cælestiũ pfectõem nõ capit: qa corpe quasi custodia septũ tenet̃: quominus soluto ac libero sensu cernat oĩa. Sciat igit̃ q̃ inepte faciat: q res ienarrabiles quærit. Hoc ẽ. n. modũ cõditõis sue trãsgre di: nec itelligere quousq; hoi liceat accedere. Deniq; cũ apperiret hoi ueritatẽ deus: ea so la scire nos uoluit: quæ interfuit hoiem scire ad uitã cõsequendã. Quæ uero ad curiosã & profanam cupiditatẽ ptinebãt: reticuit: ut arcana essent. Quid ergo quæris: quæ nec potes scire: Nec si scias: beatior fias: Perfecta est in hoie sapientia: si & deũ esse unum: & ab ipso essa facta uniuersa cognoscat.

Hermes auctor

Qđ deus quattuor elemata distixit: & quattuor qualitates & quatuor tpa: & q, ex calore & humore sit uita: & quare hoies igne: cætera aialia aqua magis utant̃. Ca. x.

Nunc quoniam refutauimus eos: qui de mũdo & factore eius deo aliter sentiũt q̃ ueritas habet: ad diuinam mundi fabricam reuertamur: de qua in arcanis sã ctæ religionis litteris traditur: Fecit igitur deus primum omnium cælum & in sublime suspendit: q, esset sedes ipsius dei conditoris: Deinde terram fundauit ac cælo subdidia: quam homo cum cæteris animalium generibus incoleret. Eam uoluit humo re circumflui & contineri: suum uero habitaculum distinxit claris luminibus: & imple uit sole scilicet lunæq; orbe fulgenti: & astrorum micantium splendentibus signis ad ornauit: tenebras autem quod est his contrarium: constituit in terra. Nihil enim per se continet luminis: nisi accipiat a cælo in quo posuit lucem perennem: & superos & uitam perpetuam. Et contra in terra tenebras & inferos & mortem. Tanto enim hæc ab illis superiorbus distant: quantum mala a bonis: & uitia a uirtutibus. Ipsius quoq; terræ bi nas partes contrarias inter se diuersasq; constituit: scilicet orientem occidentemq;: ex quib⁹ oriens deo similis censetur. quia ipse luminis fons & illustrator est rerum: & q, ori ri nos faciat ad uitam sempiernam. Occidens aũt conturbatæ illi prauæq; menti ascribi tur: q, lumen abscondat: q, tenebras semp inducat. Et q, hoies faciat occidere: atq; in terire peccatis. Nam sicut lux orientis est: in lucem aũt uitæ ratio uersatur: sic occiden tis tenebræ sunt. In tenebris aũt mors & interitus continetur. Deinde alteras ptes eadẽ ratione dimensus est: meredĩẽ ac septentrionem: quæ partes illis duabus societate iun guntur. Ea enim quæ est solis calore flagrantior: proxima est: & cohæret orienti. At il la quæ figoribus & perpetuo gelu torpet: eiusdem est cuius extremus occasus. Nam si cu t contarii sunt lumini tenebræ: ita frigus calori. Vt igitur calor lumini est proximus

Erratum primum erratũ secũdum.

sic meridies orienti. Vt frigus tenebris: ita plaga septentrionis occasui. Quibus singulis partibus suũ tps attribuit. Ver scilicet orienti: æstatem meridionali plagæ: occidenti autũnus: septentrioni hybernus. In his quoqꝫ duabus partibus: medio lani & septemtrionali figura uitæ & mortis continetur: qa uita in calore est: mors in frigore. Sicut aũt calor ex igne ẽ: ita frigus ex aqua. Secundũ harũ partiũ dimensionẽ diẽ quoqꝫ fecit ac noctem: quæ spatia & orbes tp̃um ꝑpetuos ac uolubiles quos uocamus annos: alterna ꝑ uices successione conficiant. Dies quẽ primus oriens subministrat dei sit necesse ẽ ut oĩa quæcunqꝫ meliora sunt. Nox aũt quam occidens extremus induxit: eius scilicet quem dei esse æmulũ diximus. Quæ duo ẽt in hoc præsci⁹ futurorũ deus fecit: ut ex is & ueræ religionis: & falsarum sup̃stitionũ imago quædã ostẽderetur. Nã sicut sol q̃ oritur in die: licet sit unus: unde solem esse appellatũ Cicero uult uideri: q̄ obscuratis sideribus solus appareat: tamen qa uerũ ac p̃fectæ plenitudinis lumẽ ẽ: & calore potissimo & fulgore clarissimo illustrat oĩa: ita in deo licet sit unus: & maiestas & uirtus & claritudo p̃fecta est. Nox aũt quã prauo illi antithæo dicimus attributã: eius ipsius multas & uarias religiones ꝑ similitudinẽ demõstrat. Quanuis. n. stellæ innumerabiles micare ac radiare uideant̃: tamen quia non sunt plena ac solida lumina: nec caloris perferũt quicq̃. nec tenebras multitudine sua uincunt. Duo igitur illa principalia inueniuntur: q̃ diuersam & contrariam sibi habent potestatem calor & humor quæ mirabiliter deus ad sustentanda & gignenda oĩa excogitauit: Nam cum uirtus diei sit in calore & igni: nisi ardorem uim eius admixta humoris ac frigoris materia temperasse: nec nasci quicq̃: nec cohærere potuisset: quin statim conflagratione interiret. quicquid esse cœpisset: unde & philosophi quidam & poetæ discordi cõcordia mundũ constare dixerunt: sed rationem penitus non uiderunt. Heraclytus ex igne nata esse omnia dixit. Tales Millesi⁹ ex aqua. Vterqꝫ uidit aliquid: sed errauit tamen uterqꝫ. quod alterutrum si solum fuisset neqꝫ aqua nasci ex igne potuisset: neqꝫ rursus ignis ex aq̃. Sed est uerius simul ex utroqꝫ permixto cuncta generari. Ignis quidem permisceri cum aqua non potest: qa sũt utraqꝫ inimica: & si cominus uenerint: alterutrum quod superauerit conficiat alterum necesse est: sed eorum substantiæ permisceri possunt. Sustãtia ignis calor est: aquæ humor.

Heraclytus

Tales Millesius

Recte igitur Ouidius:

Quippe ubi tempiem sumpsere humorqꝫ calorqꝫ
Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cũqꝫ sit ignis aquæ pugnax: uapor humidus oĩs
Res creat & discors concordia fœtibus apta est.

Alterũ. n. quasi masculinũ elemẽtũ est alterum quasi fœmininũ alterũ actiuũ alterum patibile. Iõqꝫ a ueteribus istitutũ ẽ ut sacramẽto ignis & aquæ nuptiarũ fœdera sãciãt̃ q̄ fœtus animantium calore & humore corporentur: atque animentur ad uitam. Cum enim constet omne animal ex anima m corpore materia corporis in humore est: animæ in calore. Quod ex auium fœtibus datur sciri quos crassi humoris plenos nisi opifex calor fouerit nec humor potest corporari nec corpus animari. Exulibus quoque ignis & aqua interdici solebat adhuc. n. uidebatur nefas q̃uis malos tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur usu earum rerum quibus uita constat hominum: perinde habebatur ac si esset qui eam sententiam excæperat more mulctatus. Adeo ista duo elementa prima sunt habita ut nec ortum hominis nec sine his uitam crediderint posse constare. Horum alterum nobis communæ est cum cæteris animantibus alterũ soli homini datum. Hos enim quoniam cæleste atqꝫ immortale animal sumus igne uti

Ignis immortalis est. Aqua mortalis.

mur:q nobis i argumentũ imortalitatis datus est:qm̃ ignis e cælo est:cuius natura(qa mobilis est:& sursũ nititur) uitæ cõtinet rõnem. Cætera uero aialia qm̃ tota sunt mortalia:tantũmodo aqua utuntur:qđ est elementũ corporale atq; terrenũ. Cuius natura quia mobilis est ac deorsũ uergẽs:figurã mortis ostendit. Iõ pecudes neq; in cælũ suspiciũt:neq; religiões sentiũt:qm̃ ab his usus ignis alien⁹ est. Vnde aũt uel qũo deus hæc duo pricipalia ignẽ & aquã uel accẽderit:uel eliquauerit:solus scire põt qui fecit.

Quod creato mundo facta aialia pp hoies sunt: & tandem homo ip se. Et quid sit q; poetæ finxerunt Deuaalionem hoies reparasse:& q; Aristoteles falsum putauit mũdũ esse æternum:& quæ sunt tres partes. Ca.xi.

c Onsumato igit mundo:aialia uariis generis dissimilibus formis & magna & minora ut fieret impauit. Et facta sunt bina:ideſt diuersi sexus singula:ex quorũ fœtibus & aer:& terra & maria cõpleta sunt. Deditq; his oib⁹ generati de⁹ alimẽta de terra:ut usui homini eẽ possẽt. Alia nimirũ ad cibos:alia uero ad uestimẽtũ. Quæ aũt magnarũ sũt uiriũ:ut in excolenda terra iuuarent: unde dicta sunt iumenta. Ita rebus oibus mirabili descriptione cõpositis regnũ sibi æternũ parari cõstituit. Et innũerabiles aias pcreare:qbus imortalitatẽ daret. Tũ fecit ipe sibi simulacrũ sẽsibile atq; intelligens.i.ad imaginis suæ formã:qua nihil põt esse pfectius:hoiem figurauit ex limo terræ:unde hõ nuncupatus est:q; sit factus ex humo. Deniq; Plato humanã formã theoidem esse ait. Et Sibylla quæ dicit.

Erratum primum

εικωνεσ τανθρωποσ εμηλογον αρθονεχουσα.i.imago est hõ mea ratiõem rectã habens. De hac hominis fictione poetæ quoq; q̃uis corrupte:tamen non aliter tradiderunt. Nanq; hominem de luto a Promethæo factum esse dixerunt. Res eos non fefellit:sed nomen artificis Nullas enim litteras ueritatis attigerant:sed q̃ prophetarum uaticinio tradita in sacrario dei continebantur:ea de fabulis & obscura opinione collecta & deprauata:ut ueritas a uulgo solet uariis sermõibus dissipata corrumpi:nullo addente aliquid ad id quod audierant carminibus suis comprehenderunt. Et hoc quidem inepte:q; tam mirabile:tamq; diuinum opificium homini dederunt. Quid enim opus fuit hominem de luto fingi:cum posset eadem ratione generari:qua ipse Promætheus ex Iapeto natus est?qui si fuit homo:generare hominem potuit:facere non potuit. De diis aũt illũ non fuisse pœna eius in Caucaso mõte declarat. Sed neq; patrẽ ipsius Iapetum patruũq; Titana quisq̃ deos nuncupauit:qa regni sublimitas penes Saturnum solum fuerit per quam diuinos honores cum omnibus suis posteris cõsecutus est Multis argumentis hoc figmentum poetarũ coargui potest. Factum esse diluuium ad perdendam tollẽdamq; ex orbe terræ maliciam cõstat inter omnes. Idem enim & philosophi poetæ scriptoresq; rerum antiquarum loquuntur in eoq; maxime cum prophetarum sermone cõsentiunt. Si ergo cataclysmus a deo ideo factus est:ut malicia(quæ per nimiã multitudinẽ increuerat)perderetur:quomodo fictor hois Promætheus fuit:cui⁹ filium Deucalionem iidem ipsi ob iustitiam solum esse dicunt seruatũ?quomodo unus gradus & una progenies orbem terræ tam cæleriter potuit hoibus implere? Sed uidelicet hoc quoq; sic corruperunt ut illud supius cum ignorarent in quo tempore cataclismus sit factus in terra & quis ob iustitiam meruerit genere humano percũte saluari & quomodo aut cum qbus seruatus sit quæ oĩa pphenie litteræ docent. Apparet falsum esse quod de opificio Promæthei narrant. Verum qa poetas dixeram non oĩo mentiri solere sed figuris inuoluere & obscurare quæ dicant non dico esse mentitos sed primũ oĩum Promethæũ simulacrũ hois formasse de pingui & molli luto. Ab eoq; natam esse

Promætheus

primo artem: statuas & simulacra fingendi. Siqdem Iouis temporibus fuit: quibus primum tēpla cōstituit: & noui deorū cultus esse cœperunt: sic ueritas fucata mēdatio est & illud quod a deo factum ferebatur: hoi qui opus diuinum imitatus est: cœpit ascribi. Cæterum fictio ueri ac uiui hominis e limo dei est: quod Hermes quoq; tradit: qui non tantum hoiem ad imaginem dei factum esse dixit a deo sed etiam illud explanare temptauit q̄ subtili ratione singula quæq; in corpore hois membra formauerit cum eorum nihil sit quod non tantundem ad usus necessiatem q̄tum ad pulchritudininem ualeat: Id uero etiam stoici (cum de prouidentia disserunt) facere conantur. & secutus eos Cicero pluribus quidem locis. Sed tamen materiam tam copiosam & uberem stricti contingit quam ego nunc iccirco prętereo quia nuper proprium de ea re librum ad Demetrianum auditorem meum scripsi. Illud hoc loco præterire non possum q errantes philosophi quidam aiunt homines cæteraq; animalia sine ullo artifice orta esse de terra. unde illud Virgilianum est.

Hermes erratū secūdum.

Demetrianus

Terrea progenies duris caput extulit aruis.

Et hi maxime fuerunt in ea sñia q̄ esse prouidentiam negant. Nam stoici aiantium fabricam diuinæ sollertiæ tribuunt Aristoteles aūt labore se ac molestia l iberauit dicens semp mūdum fuisse. Itaq; ut humanum genus & cætera quę in eo sunt initium non hr̄e sed fuisse semper ac semp fore. Sed cum uideamus singula quæq; aialia quæ añ non fuerant incipe esse & esse desinere necesse est totū genus aliqñ esse cœpisse & aliquando desiturum esse quia cœpit. Oia enim tribus temporibus cōtineri necesse est præterito p̄senti futuro. Præteriti est origo præsentis substantia futuri disolutio. Q uæ omnia i singulis hominibus apparent incipimus enim cum nascimur & sumus cum uiuimus & desinimus cum interimus.

ARIsto.

Clotho colū baiulat Lachesis trahit Atropos occat. Vnde etiam tres parchas esse uoluerunt unam quæ uitam hois ordiatur alteram quæ contexat tertiam quæ rumpat ac finiat. In toto autem genere hoium quia solum pæsens tempus apparet ex eo tamen & præteritum idest origo colligitur & futurum idest dissolutio. Nam quoniam est apparet aliquando cœpisse. Esse enim nulla res sine exordio potest & quia cœpit apparet quandoq; desitura. Nec enim potest id totum esse immortale quod ex mortalibus constat. Nam sicut ūuniuersi per singulos interimus fieri potest ut aliquo casu oēs simus uel sterilitate terrarum quæ accidere uel particulatim solet uel pestilentia ubiq; diffusa quæ singulas urbes atq; religiones plærūq; populatᷣ uel icēdio i orbem misso quale iā fuisse sub Phaetōte dicitur uel diluuio aquarum quale sub Deucalione traditur cum præter unum hominem genus omne delatum est. Q uod diluuium si casu accidit profecto potuit accidere ut & unus ille qui superfuit interiret. Si autem diuinæ prouidētiæ nutu (quod negari non potest) ad reparandos hoies reseruatus est apparet in dei potestate esse uel uitā uel interitum generis humani. Q uod si uult potest occidere in totum quia per partes occidit apparet aliquādo esse ortum & fragilitas initium sic declarat & terminum. Q uæ si uera sunt non potuit defendere Aristoteles quo minus habuerit & mundus ipse principium. Q uod si Aristoteli Plato & Epicurus extorquent & Platoni & Aristoteli qui semper fore mundum putauerunt licet sint eloquentes ingratis tamē idem Epicurus eripiet quia sequitur ut habeat & finem. Sed hæc in ultimo libro pluribus. Nunc ad hominis originem recurramus.

Clotho Lachesis Atropos

Q uod non de terra uel sponte nata sunt aialia sed dispositione diuina cuius fecisset deus nos conscios si scire expediret. C.xii.

Iunt certis conuersionibus cæli: & astrorũ motibus maturitatem quandã exti
a tisse aialium serendorũ. Itaq; terrã nouam semen genitale retinentẽ: folliculos
Lucreti9 ex se quosdam in uterorũ similitudinem protulisse: de qbus Lucretius: Cresce
bant utiri terra radicibus apti. Eosq; cũ maturassent: natura cogente ruptos aialia tene
ra pfudisse. Deinde terrã ipsam humore quodam q esset lacti similis: exuberasse: eoq;
alimento animantes esse nutritos. Q uo aũt uim frigoris aut caloris ferre aut uitare po
tuerũt aut oio nasci cũ sol exureret frugus adstrigeret? Nõ erãt inqunt principio mun-
di hyems & æstas: sed ppetua tẽperies & uer æquabile. Cur ergo nihil horũ fieri ẽt nunc
uidemus? qa semel fieri necessariũ fuit: ut aialia nascerent̃. Postq̃ uero esse cœperũt: cõ-
cessa his facultate generãdi: & terra parere desiit: & tpis cõditio mutata est. O q̃ facile
ẽ mendacia redarguere. Primũ qa nihil põt eẽ i hoc mũdo: qd' nõ sic pmaneat: ut cœpit
Nec.n. sol & luna & astra tũc nõ erãt cũ eẽnt: meat9 nõ hẽbant: aut nõ diuina modera
tio quæ cursus eorũ temperat & gubernat. cũ ipsis simul cœperit. Deide q; si ita sit (ut
dicunt) puidentiã esse necesse est: & i idipsũ incidũt: qd' maxie fugiũt. Nondũ.n. natis
aialibus aliqs utiq; puidit ut nascerent̃: ne orbis terræ desertus atq; icultus horreret.
Vt aũt de terra sine officio parentũ nasci possent: necesse est magna rõe esse p uisum. De
inde ut humor ille cõcretus de terra in uarias imagines corporũ fingeret̃. Item ut e fol
liculis (qbus tegebantur) accæpta uidendi sentiẽdiq; rõne: tanq̃ ex aluo matrũ pfũde-
rent̃: mira inexplicabilisq; puisio ẽ. Sed putem9 id quoq; casu accedisse: illa terre quæ
sequunt̃ fortuita esse nõ possũt: ut terra continuo lacte manaret: ut aeris tempies esset
æqualis. Q uæ si cõstat iccirco esse facta: ut aialia recens edita uel hẽrent alimentum:
uel nõ haberẽt piculũ: necesse est ut aliqs diuia nescio qua rõe puiderit. Q uis ãt põt p
uidere nisi deus? Videamus tamen an idipsum qd' dictitãt fieri potuerit: ut hoies nasce
rent̃ e terra. si cõsideret aliqs q̃diu & qbus modis educet̃ infans: itelliget pfecto nõ po
tuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri. Fuit.n. necesse q̃ pluribus mẽ
sibus iacere piectos: donec cõfirmatis neruis mouere se: locũq; mutare possent qd uix
itra uni9 ãni spaciũ fieri põt. Iã uide utrũ ne ifans eodẽ mõ & eodẽ loco quo est effusus
iacere p multos mẽses ualuerit. An nõ hũore illo terræ qd' al ment gratia ministrabat
& sui corpis purgamẽtis i unũ mixtis obrutus corruptusq; moreret̃. Itaq; nullo mõ fie
ri põt qn ab aliquo fuerit educatus nisi forte aialia oia nõ tenera nata sũt sed ex creta qd
ut dicerent nunq̃ uenit in illis mentẽ. Ois ergo illa rõ ipossibilis & uana est si tamen rõ
dici põt qua id agit̃ ut nulla sit rõ. Q ui.n. dicit oia sua sponte esse nata nihilq; diuinæ p
uidentiæ tribuit hic pfecto rõnem nõ asserit sed euertit. Q uod si neq; quicq̃ sine rõne
neq; nasci põt: appet diuinã esse puidẽtiã cuius ẽ ppriũ qd' dr̃ rõ. Deus igit̃ rerũ oium
Cicero machinator fecit hoiem quod Cicero q̃uis exps cælestiũ litterarũ uidit tamen q libro
de legibus prio hoc idem tradidit qd' pphetæ cuius uerba subieci. Hoc aial puindum
sagax multiplex acutũ memor plenũ rõnis & cõsilii quem uocamus hoiem p̃clara qua
dam cõditõe generatũ esse a summo deo solũ. Est.n. ex tot aiantium generibus atq; na
turis particeps rõnis & cogitationis cum cætera sint oia exptia. Vides ne hoiem q̃uis
longe a ueritatis noticia remotum tñ quoniam imaginem sapientiæ tuebat̃ intellexisse
non nisi a deo hoiem potuisse generari? Sed tñ diuinis opus est testimoniis ne minus hu
mana sufficiant. Sibylla hoiem dei opus esse testat̃.

οσ μονοσ εστιθεοσ κτιστησ ακρατητοσ υπαφχωη
αυτοσ δε στηριξε τυποη μορφησ μεροπωντε
αυτοσ ελιξε φυσιη παντον γενεησ βιοτοιο. idest qui solus est deus creator iuict9

liber. Ipse nũc statuit figurã formæ hoium. Ipse miscuit naturã oium in generatõe uitæ Eadem tñ sanctæ litteræ cõtinent: Deus ergo ueri patris officio functus est. Ipse corp9 effinxit: ipse aiam qua spiramus: infudit. Illius est totum: quicquid sumus. Quomodo id fecerit: si nos oporteret scire: docuisset sicut docuit cætera: quæ cognitionem nobis & pristini erroris & ueri luminis attulerunt.

Quare duo sexus mũdi minoris id est hominis: & quid sit mors eius prima: quid secunda: & de priorũ parentum culpa & pœna. Ca. xiii.

C Vm ergo marẽ ad similitudinẽ suã primũ finxisset: tũ ẽt fœminã cõfigurauit ad ipsius hoies effigiẽ: ut duo iter se pmixti sexus: ppagare subolẽ possent: & oẽm terrã multitudine opplere. In ipsius aũt hoís fictione illarũ duarũ materiarũ: quas inter se diximus esse cõtrarias: ignis & aquæ cõclusit: pfecitq; rõnem. Ficto enim corpore spirauit ei aiam de uitali fonte spiritus sui: qui est pennis: ut ipsius mundi ex contrariis constantis elementis similitudinem gereret. Constat. n. ex aía & corpore. i. quasi e cælo & terra: qñ quidem aía qua uiuimus uelut e cælo oritur a deo: corpus e terra: cuius e limo diximus esse formatũ: Empedocles quẽ nescias utrũ ne iter poetas an interũ philosophos numeres: qa de rerũ natura uersibus scripsit: ut apud Romãos Lucreti9: & uarro quatuor elemẽta cõstituit. i. ignẽ: aerẽ: aquã & terrã: fortasse Trimegistrũ secutus: q nostra corpa ex his quattuor elemẽtis cõstituta eẽ dixit a deo. Habere nãq; in se aliqd ignis: aliqd aeris: aliqd aquæ: aliqd terræ: & neq; ignẽ esse: neq; aerẽ: neq; aquã: neq; terrã: quæ qdẽ falsa non sunt. Nã terræ rõ i carne ẽ: humoris in sanguie aeris in spiritu: ignis in calore uitali. Sed neq; sanguis a corpe secerni põt: sicut humor a terra: neq; calor uitalis a spiritu: sicut ignis ab aere: adeo rerũ oium duo sola repperiuntur elemẽta: quorũ ois rõ in nostri corpis fictõe cõclusa ẽ. Ex rebus igit' diuersis ac repugnãtibus hõ factus ẽ: sicut ipse mũdus: ex luce ac tenebris, ex uita & morte: quæ duo inter se pugnare in hoíe præcepit: ut si aía supauerit quæ ex deo orit': sit imortalis: & in ppetua luce uerset'. Si aũt corpus uicerit aíam: ditioniq; subiecerit: sit i tenebris sempiternis & i morte. Cuius nõ ea uis ẽ: ut iniustas aías extiguat oio: sed ut puniat in æternum Eã pœnã secundã mortẽ noiamus: quæ est & ipsa ppetua sicut & imortalitas. Primam sic diffinimus. Mors est corpis aíæ q; seductio: Secũdã uero sic. Mors est æterni doloris ppesio uel ita. Mors est aíarum p meritis ad æterna supplicia damnatio. Hæc mutas pecudes non attingit: quarũ aíæ nõ ex deo cõstãtes: sed ex cõi aere morte soluunt'. In hac igit' societate cæli atq; terræ: quorũ effigies in hoíe expræssa est: supiorẽ partẽ tenent ea quæ sunt dei. Anima scilicet quæ dominũ corporis hẽt. Inferiorem aũt ea: quæ sũt diaboli. Corpus utiq; qd' qa terrenũ est: aíæ debet esse subiectũ: sicut terra cælo. Est enim terra quasi uasculũ: quo tanq̃ domicilio temporali spiritus cælestis utatur utriusq; officia sunt: ut hoc quod est ex cælo: & deo impet: illud uero quod ex terra: & diabolo seruiat. Quod qdẽ non fugit hoíem neq̃ Salustium: qui ait: Sed omnis nostra uis in animo & corpore sita est: animi imperio: corporis seruitio magis utimur. Recte si ita uixisset ut locutus est. Seruiuit eni fœdissimis uoluptatibus: suamque ipse sententiam uitæ prauitate dissoluit. Quod si anima ignis est (ut ostendimus) in cælum debet eniti sicut ignis ne extinguatur: hoc est ad immortalitatem quæ in cælo est. Et sicut ardere ac uiuere non potest ignis: nisi aliqua pingui materia teneatur: in qua habeat alimentum: sic animæ materia & cibus est sola iustitia: qua tenetur ad uitam. Post hæc deus hominem qua exposui ratione generatum posuit in paradiso: idest in horto fœcũdissimo & amœnissimo: quem in partibus orientis omni genere ligni arborumq; conseruit: ut ex earum

Empedocles

Lucreti9 auctor

Varro auctor

uariis fructibus aleretur. Experſq; oium laborum deo patri ſumma deuotione ſeruiret Tum dedit ei certa mandata: quæ ſi obſeruaſſet: immortalis maneret: ſi tranſcendiſſet: morte afficeretur. Id autem præceptum fuit: ut ex arbore una (quæ fuit in medio paradiſi) non guſtaret: in qua poſuerat intelligentiam boni & mali. Tum criminator ille indi uidens operibus dei: omnes fallacias & calliditates ſuas ad decipiendum hoiem intendit: ut ei adimeret immortalitatem. Et primo mulierem dolo illexit: ut uetitum cibum ſumeret: & per eam ipſi quoq; homini perſuaſit: ut tranſcenderet dei legem. Peecæpta igitur ſcientia boni & mali: pudere eum nuditatis ſuæ cæpi abſconditque ſe a facie dei: quod antea non ſolebat. Tum deus ſententia in peccatores lata: eiecit hominem de paradiſo: ut uictum ſibi labore conquirerer: ipſumq; paradiſum igni circunualauit: ne homo poſſet accedere: donec ſummum iudicium faciat in terra: & iuſtos uiros cultores ſuos in eundem locum: morte ſublata.

Sicut ſacre litteræ docent: & Sibylla erythæa cum dicit:

οι δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε

ζωὴν κληρονομοῦσι τὸν αἰῶνος χρόνον αὖτοι

οἰκοῦντες παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον: ideſt: qui aūt deum honorant uerum ſempiternam uitãq; uitã hereditario iure poſſident ſæculi tp̄s ipſi habitantes ad paradiſum ſimiliter florentiſſimũ hortũ. Verũ qm̄ hæc extrema ſunt: tota in extrema operis hui⁹ parte tractabimus. Nunc ea quæ prima ſunt: explicemus. Mox itaq; ſecuta eſt hominem ſecundum dei ſentẽtiam: quod etiã Sibylla in carmine ſuo docet dicens.

ἀνθρωπον πέπλασται θεοῦ παλάμαις ἐν αὐτοῖς

ὃν καὶ πλάνησεν ὄφις δόλιος ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν

τοῦ θανάτου γνῶσιν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε: id eſt hoiem factũ dei maibus quem etiam ſeduxit ſerpens doloſe ad fatum aſcendere mortis: notionemq; accipere boni & mali uel ſic hominem plaſmatum dei ipſius palmis quem dolis fefellit ſerpens ut uim mortis incurreret & ſcientiã acciperet boni & mali. Sic facta hominis uita eſt tẽporalis. Sed tamẽ longa: quæ in mille annos propagaretur q̃ diuinis litteris proditũ & per oẽm ſcientiam publicarũ: cum Varro non ignoraret: argumentari nixus eſt: cur putarẽtur antiqui mille annos uictitaſſe. Ait. n. apud ægyptios ꝓ annis menſes haberi ut non ſolis p duodecim ſigna circuitus faciat annũ ſed lunæ: quæ orbẽ illũ ſigniferũ. xxx. dierum ſpatio luſtrat. quod argumentum perſpicue falſum eſt. Nemo enim tunc milleſimum annum tranſgreſſus eſt. Nunc uero qui ad centeſimum perueniunt (quod fit ſæpiſſime) mille certe ac ducentis menſibus uiuũt. Et auctores idonei tradunt ad centum .xx. annos ꝑuenire ſolere. Sed quia ignorabat Varro cur aut qñ uita hoïs eſſet diminuta ipſe diminuit cum ſciret mille &. cccc. menſibus poſſe uiuere hoiem.

Varro

Noe

Quod nõ Liber pater fuit inuentor uini: ſed Noe poſt diluuiũ. Et quæ fuerit origo gentium: & qui primi habuerint ſciam aſtrorũ & ignorãtiam dei. Ca. xiiii.

d Eus autem poſtea cũ uideret orbem terræ malitia & ſceleribus oppletum: ſtatuit humanum genus diluuio ꝑdere ſed tamen ad multitudinem reparandam delegit unũ: quod corruptis oibus ſingulare iuſtitiæ ſupererat exemplũ. Hic cum ſexcentorum eſſet annorum: fabricauit arcam ſicut præcepat ei deus: in qua ipẽ cũ coniuge ac tribus filiis totidemq; nutribus reſeruatus eſt cum aqua uniuerſos montes altiſſimos operuiſſet. Deinde orbe ſiccato: execratus in iuſtitiam prioris ſæculi deus: ne rurſus longitudo uitæ cauſa eſſet excogitandorum malorum: paulatim p ſingulas ꝓgenies diminuit hoïs ætatem. Atq; in centũ &. xx. annis metã collocauit: quam tranſgre-

di nõ liceret. Ille uero cum egressus esset ex arca (ut sanctæ litteræ docent) terram studiose coluit: atq; uineam sua manu seuit. Vnde arguuntur qui auctorem uini Liberum putant. Ille. n. non modo Liberum. sed etiam Saturnum atq; uranum multis antecessit ætatibus. qua ex uinea cum primum fructum cœpisset. lætus factus bibit usq; ab ebrietatem: iacuitq; nudus: Quod cum uidisset unus ex filiis: cui nomen fuit Cham: nõ texit patris nuditatem: sed egressus etiam fratribus indicauit: At illi sumpta pallio intrauerunt auersis uultibus. patremq; texerunt. Quæ cum facta recognouisset pater: abdicauit atq; expulit filium. At ille profugus in eius terre parte consedit: quæ nunc Arabia nominatur. Eaq; terra de nomine suo Canaam dicta est: & posteri eius Cananei. Hæc fuit prima gens: quæ deum ignorauit: quoniam princeps eius & conditor cultum dei a patre non accæpit maledictus ab eo. Itaq; ignorantiam diuinitatis minoribus suis reliquit: Ab hac gente proximi quiq; populi multitudine increscente: fluxerunt. Ipsius aũt patris posteri hebræi dicti: penes quos religio dei resedit: sed & ab his postea multiplicato in immensum numero: cum eos angustiæ locorũ suorũ capere non possent: tũ adolescentes uel missi a parentibus: uel sua sponte cum rerum penuria cogeret: profugi ad quærendas sibi nouas sedes huc atq; illuc hispersi omnes insulas & orbem totum impleruNt: & a stirpe sanctæ radicis auulsi: nouos sibi mores instituta pro arbitrio condiderũt Sed omnium primi qui Aegyptum occupauerunt: cælestia suscipere atq; adorare cœperunt. Et quia neq; domiciliis regebantur propter aeris qualitatem ullis in ea regione nubibus subtexitur cælum: cursus siderum & defectus notauerunt: dum ea sæpe uenerantes curiosus atq; liberius intuerentur. Postea deinde portentificas animalium figuras quas colerent: cõmenti sunt quibusdam prodigiis inducti. Quorum mox auctores apperiemus. Cæteri aũt qui p terram dispersi fuerunt admirantes elementa mundi: cælum: solem: terram: mare sine ullis imaginibus ac templis uenerabantur: Et his sacrificia in aperto celebrabant: donec pcessu temporum potentissimis regibus templa & simulacra fecerunt: Eaq; uictimis & odoribus colere instituerunt: sic aberrãtes a noticia dei gentes esse cœperunt errant igitur qui deorũ cultus ab exordio rerũ fuisse contendunt: & priorem esse gentilitatem q̃ dei religionem: quã putant posterius inuentam: qa fontem atq; originem ueritatis ignorant. Nunc ad principium mundi reuertamur.

Erratum Liber Saturnus Vrannus Cham a quo cananei

De inquinatione angelorũ: & duobus generibus dæmonũ: q se psuaserunt ut deos coli: quos ẽt familiares philosophi habuerunt: ut Socrates. Ca. xv.

c Vm ergo numerus hoium cœpisset increscere: puidens deus ne fraudibus suis diabolus: cui ab initio terræ dederat potestatẽ: uel corrumpet uel dispgeret hoies quod in exordio fecerat: misit angelos ad tutelam cultumq; generis humani. Quibus præcepit tante oĩa ne terræ contagiõe maculati substãtiæ cælestis amitterent dignitatẽ: scilicet id eos facere prohibuit: quod sciebat esse facturos: ut ueniam sperare non possent. Itaq; illos cum hominibus commorantes: dominator ille terre fallacissimus: cõsuetudine ipsa paulatim ad uitia pellexit. Et mulierũ cõgressibus inquinauit: Tum in cælũ ob peccata quibus se imiserant: nõ recæpti ceciderunt in terrã sic eos diabolus ex angelis dei suos fecit satellites ac ministros. Qui aũt sunt ex his procreati: quia neq; angeli neq; homines fuerunt: sed mediam quandã naturã gerentes: non sunt ad inferos recæpti: sicut in cælum parentes eorũ. Ita duo genera dæmonum facta sunt: unum cæleste: alterũ terrenum. Hi sunt immundi spiritus malorum quæ gerunt auctores: quorum idem diabolus est princeps. Vnde Trimegistus illum dæmonarchen uocat. Dæmonas aũt grammatici dictos aiũt: quasi δαημονας. i. peritos ac rerum scios

Erratum primum Erratum secũdum Erratum tertium Erratum quartum

duo genera demonum describit

Hos autem putant deos esse: sciunt illi quidem futura multa: sed non oīa. q̄ppe quibus penitus consilium dei scire non liceat. Et iō solent responsa in ambiguos exitus tempe rare. Eos poetæ & sciunt esse demonas & loquuntur. Hesiodus ita tradit:

Hesiodus

τοι μεν δαιμονεσ εισ Διωσ μεγαλου διαφουλασ

εσθλοι επιχθονι οιφυ λακεσ θνιτων ανθρωπον. i. hi quidem dæmones sunt Iouis magni propter uoluptatem boni terrestris custodes mortalium hominum. Quod icirco dictum est: quoniam custodes eos humano generi deus miserat: sed ipsi cum sint perditores homium custodes tñ se uocari uolunt: ut ipsi colantur: & deus non colatur. Philosophi quoq; de his dixerunt. Nam plato ēt naturas eorum in symposio exprimere conatus est. Et Socrates esse circa se assiduum dæmona loquæbatur: q puero sibi adhe sisset: cuius arbitrio & nutu sua uita regeret. Magorum quoq; ars oīs ac potentia horū aspirationibus cōstat: a quibus inuocari uisus hoīum præstigiis obcæcantibus fallūt: ut non uideant ea quæ sunt: & uidere se putent illa. quæ non sunt: Hi ut dico spirit⁹ con taminati ac perditi per omnem terram uagantur: & solatium pditionis sue pdendis hoī bus operantur. Itaq; oia insidiis: fraudibus: erroribus complent. Adhærent. n. singulis hoibus: & omnes hostiatim domos occupant: ac sibi geniorum nomen assumunt: sic. n. latino sermone dæmonas interprætantur. Hos in suis penetralibus consecrāt. His quo tidie profundunt: & scientes dæmonas uenerantur: quasi terræstres deos & quasi depul sores malorum: quæ ipsi faciunt & irrogant. Qui (q̄m spūs tenues & incōphēsibiles) insinuant se corporibus hoium: & occulte in uisceribus operti: ualitudinē uitiant: mor bos citant: somniis aīos terrent: mentes furoribus quatiunt: ut homines his malis cogāt ad eorum auxilia decurrere.

Plato

Socrates

Quod hi prodesse putantur: cum nocere desinūt: nec possunt aliq̄d in eos qui in fide solidati sunt: sed sanctis subiecti eis tanq̄ seruis obediunt. Ca. xvi.

q Varum omnium fallaciarum ratio expertibus ueritatis obscura est. Prodesse . n. eos putant: cum nocere desinunt: qui nihil aliud possunt q̄ nocere. Dicat fortasse aliquis colendos esse ergo ne noceant: siqdem possunt nocere: Nocēt illi quidem: sed his a quibus timentur: quos manus dei potens & excelsa non protegit: q profani sunt a sacramento ueritatis. Iustos autem. i. cultores dei metuunt: cuius noīe adiurati de corporibus excedunt: quorum uerbis tanq̄ flagris uerberati non modo dæ monas se esse confitentur: sed etiam noīa sua edunt: illa quæ in templis adorantur. quod plerūq; coram cultoribus suis faciunt: non utiq; in opprobrium religionis: sed honoris sui: quia: nec deo p quem adiurantur: nec iustis quorum uoce torquentur: mentiri pos sunt. Itaq; maximis sæpe ululatibus editis: uerberari se & ardere & iam iamq; exire pro clamant. Tm̄ habet rei cognitio ac iustitia ptātis. Cui ergo nocere possūt: nisi his quos hn̄t in sua potestate? Deniq; affirmat eos hermes: q cognouerunt deum non tm̄ ab icur sibus dæmonū tutos esse: uerum ēt ne fato quidem teneri. μια inquit. φυλακη ευσε φεια. ευσεφουσ γαρ αντρωπου ουτε δαι μωνκακοσ ουτε ει παρ μεννκρατει. τεοσ γαρρυεται τονευσεφη ελπαντοσ κακου. γαρ ενκαι μονονεν ανθρωποισ εστιναγ ατον ευσεφεια: idest una inquit custodia pietas. Pium. n. hominem. nec dæ mon malus: nec fatum tenet. Nam deus liberat pium ab omni malo: quod unum & so lum in hominibus bonum est pietas. Quid sit autem ευσεφεια: id est pietas alio loco his uersibus testatur dicens: η γαρ ευσεφεια γνωσισ εστι του θεου : idest pietas enim notio est dei. Aesclepius auditor eius: eandem sententiam latius explicauit in illo sermone profecto: quem scripsit ad regem. Vterq; uero dæmonas esse affirmat inimi-

Hermes auctor

Affirmat esse demones & inferna

Aesclepi⁹ auctor

cos & uexatores hominum: quos ideo Trimegistus αγγελαυσ πονηρουσ: idest angelos malignos appellat: adeo non ignorauit ex cælestibus deprauatos terrenos esse cœpisse.

Quod hi astrologiã aruspicinã & oẽs artes reprobas inuenerunt & ꝑsuaserunt cultũ idolorum p miracula: & uarias fallaciarũ tendiculas. Ca.xvi.

Orũ inuenta sunt astrologia: & aruspicina & auguratio: & ipsa quæ dicuntur oracula: & necromãtia: & ars magica & quicquid præterea malorum exercent hoĩes uel palã uel occulte: quæ oĩa per se falsa sunt: ut Sibylla erythræa testatur: επει πλανηπον τασαλεεσ πινατζ ραφρονησ ανάρζσ ζρζυρων ικατονμον .i. quia error hæc oĩa sunt quæ stulti hoĩes seruãtur quotidie. Sed idem ipsi auctores pñtia sua faciunt .n. uera esse credantur. Ita hominum crudelitatem mentita diuinitate deludunt. q illis uerum apperire non expedit. Hi sunt qui imagines & simulacra fingere docuerunt: qui ut hominem mentes a cultu ueri dei auerterent: & fictos mortuorum regum multis & ornatos: exquisita pulchritudine statui consecrariq fecerunt: & illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt: Sed eos magi & hi quos uero maleficos uulgus appellat: cum artes suas execrabiles exercent: ueris suis nominibus ciet illis cælestibus: quæ in litteris sanctis leguntur. Hi porro incæsti ac uagi spiritus: ut turbent omnia: & errores humanis pectoribus infundant: serunt ac miscent falsa cum ueris. Ipsi .n. cælestes multos finxerunt esse utrumq regem omnium Iouem eo q multi sunt spiritus angelorum in cælo: & unus parens ac dominus omnium deus. Sed ueritatem mentitis nominibus inuolutam ex oculis abstulerunt. Nam deus (ut principio docui) neq nomine (cum solus sit) eget: neq angeli cum sint immortales: dici se deos aut patiuntur: aut uolunt. quorum unum solumq officium est: seruire nutibus dei: nec omnino quicq̃ nisi iussu eius facere. Sic enim mundum regi a deo dicimus: ut a rectore prouinciam. Cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit: q̃uis illorũ ministerio res geratur. Et hi tamen possunt aliquid præter iussa rectores: per ipsiꝰ ignorantiam: quæ est conditionis humanæ. Ille autem præses mundi & rector uniuersi: qui scit omnia: cuius diuinis oculis nihil septem est: solus habet rerum omnium cum filio suo potestatem: nec est in angelis quicq̃: nisi parendi necessitas. Itaq nullum sibi honorem tribui uolũt: quorum honor in deo est. Illi autem qui desierunt a dei ministerio: qa sunt ueritatis inimici & præuaricatores: dei nomen sibi & cultum deorum uendicare conantur: non quo illum honorem desiderent Quis enim honor perditis est? nec ut deo noceant: cui noceri non potest: sed ut hominibus quos nituntur a cultura & noticia ueræ maiestatis auertere: ne immortalitatem adipisci possint: quam ipsi sua nequitia perdiderunt. Offundunt itaq tenebris: & ueritatem caligine obducunt: ne dominum: ne patrem suum norint: & ut illiciant facile in templis se occulunt: & sacrificiis ipsis præsto adsunt. Eduntq sæpe prodigia: quibus obstupefacti homines fidem commodent simulachris diuinitatis ac numinis. Inde est q ab augure lapis nouacula incisus est: & q Iuno ueiis migrare se Romam uelle respondit: q Fortuna muliebris periculum denunciauit: q Claudiæ manum nauis secuta est: q in sacrilegos & Iuno nudata: & Locrenses Proserpina & Ceres Milesia uindicauit & Hercules de Appio & Iuppiter de Atinio & Minerua de Cæsare. Hinc q serpens urbem Romam pestilentia liberauit Epidauro arcessitus. Nam illuc dæmoniarches ipse in figura sua sine dissimulatione perductus est: siquidem legati ad eam rem missi draconem secum miræ magnitudinis attulerunt. In oraculis autem uel maxime fallunt: quorum præstigias profani a uerita-

Iuno Veiis Ceres Hercules Iuppiter Minerua

te intelligere non possunt. Ideoq; ab illis attribui putant: & impia: & auctoritas & opes & euetus prosperos rerũ. Deniq; ipsorũ nutu sæpe rempublicam periculis iminentibus liberatam. Quæ pericula & responsis denunciauerunt: & sacrificiis placati auerterunt. Sed omnia ista fallaciæ sunt. Nam cum dispositiones dei præsentiant: quippe qui ministri eius fuerunt: interponunt se in his rebus: ut quæcũq; a deo uel facta sunt uel fiunt ipsi potissimũ facere aut fecisse uideantur. Et quotiens alicui populo uel urbi secundũ dei statum boni quid ĩpendet: illi se id facturos uel prodigiis: uel sõniis uel oraculis pollicentur. si sibi templa: si honores. si sacrificia tribuantur. Quibus datis cum illud acciderit. quod necesse est: summam sibi pariunt uenerationem. Hinc templa deuouentur: & nouæ imagines consecrantur: mactantur greges hostiarum. Sed cum hæc facta sunt nihilominus tamen & uita & salus eorum (qui hæc fecerint) imolantur. Quotiens aũt pericula impendent: ob aliquam se ineptam & leuem causam profitentur iratos: sicut Iuno Varroni: ꝙ formosum puerum in templo Iouis ad exuuias tenendas collocarat: & ob hanc causam Romanum nomen apud Cannas pene delatum est. Quod si Iuno alterum Ganymedem uerebatur: cur iuuentus Romana luit pœnas? Vel si dii tantummõ duces curant: cæteram multitudinem negligunt. Cur Varro solus euasit: qui hoc facit Et Paulus qui nihil meruit occisus est? Videlicet nil tunc Romanis accidit fatis Iunonis iniq; cum Hannibal duo exercitus populi Ro. & astu & uirtute confecit. Nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defendere: ubi arma eius & currus fuit: aut romanis nocere: quia progeniem troiano a sanguine duci.

Hãnibal

Audierat: tyrias olim quæ uerteret arces. Sed illorum sunt isti lusus: qui sub nominibus mortuorum delitesentes uiuentibus plagas tendunt. Itaq; siue illud periculum quod iminet uitari potest: uideri uoluit id placari auertisse: siue non potest id agunt: ut pp illorum contemptum accidisse uideatur. Itaq; sibi apud hoĩes q eos nesciunt auctoritatem ac timorem pariunt. Hac uersutia & his artibus noticiam ueri ac singularis dei apd oẽs gentes inueterauerunt. Suis. n. uitiis pd tis sæuiunt & crassantur: ut pdant. Iccirco ẽt humanas hostias excogitauerunt: ipsi hostes hũani generis ut q̃ multas deuorarẽt aĩas

Cur deus humano generi sic patiatur illudi: & ꝙ tribus de causis uana est eorum religio. Ca. xviii.

Icet aliquis: cur ergo deus hæc fieri patit̃? nec tam malis succurrit errorib⁹ ut mala cũ bonis pugnent: ut uitia sint aduersa uirtutib⁹: ut hẽat alios quos puniat: alios quos honoret. Vltimis. n. tẽporibus statuit de uiuis ac mortuis iudicare: de quo iudicio mihi erit in ultimo libro disputatio. Differt ergo donec ueniat tem porum finis: quo effũdat iram suam in potestate ac uirtute cælesti: sicut uatũ prædicta priorũ terribili monitu horrificant: Nũc autem patitur homines errare: & aduersum se quoq; impios esse: ipse iustus & miris: & patiens. Nec enim fieri potest: ut non is in quo perfecta sit uirtus: sit etiam perfecta patientia. Vnde q̃dam putant: ne irasci q̃dem deũ omnino ꝙ affectib⁹ q sũt perturbationes animi subiect⁹ non sit. q̃a fragile est oẽ animal: quod afficit̃ & commouetur. Quæ persuasio ueritatẽ atq; religionẽ fũdit⁹ tollit. Sed se ponatur interim loc⁹ hic nobis de ira dei differendi: ꝙ & uberior est materia & opera proprio latius exequenda. Illos ergo nequissimos spirit⁹ q s̃q s ueneratus fuerit & secut⁹: nec cælo nec luce potiet̃: quæ sũt dei: sed in illis deridet: quæ in distributione rerũ attributa esse ipsi malorum principi disputauim⁹: in tenebras: scilicet & inferos: & in suppliciũ sempiternũ. Docui religiones deorũ triplici mõ uanas esse. Vno ꝙ simulacra ipsa quæ colũtur effigies sint hominum mortuorũ. Est aũt peruersũ & incongruens

ut simulacrum hoīs a simulacro dei colatur. Colit. n. quod est deterius & imbecillius Tum inexpiabile facinus esse: deserere uiuentem ut defunctorū monumentis seruias. qui nec uitam nec lucem dare cuiq̄ possunt. qua ipsi carent. Nec esse alium quenq̄ deū: præter unum: cuius iudicio ac potestati oīs anima subiecta sit. Altero ꝙ ipsæ imagines sacræ. quibus inanissimi homines seruiunt: omni sensu carent. quoniam terra sint. Quis aūt non intelligat nefas esse rectū animal curuari: ut adoret terram: quæ iccirco pedibus nostris subiecta est: ut calcanda nobis: non adoranda sit: qui sumus ideo excitati: & ex eo statum sublimen præter cæteras animantes accæpimus: ut non reuoluamur deorsum: ne hunc cælestem uultū proiciamus ad terrā. Sed oculo eo dirigamus: quo illos naturæ suæ conditio direxit: nihilq; aliud adoremus: nihil colamus: nisi solius artificis parentisq; nostri unicum nomen: qui præterea hoīem rigidum figurauit: ut sciamus nos ad superna & cælestia prouocari. Tertio ꝙ spiritus præsunt ipsis religionibus: condemnari & abiecti adeo per terram uolutentur: qui non tm̄ nihil præstare cultoribus suis possint: qm̄ rerum potestas penes unum est: Verum etiam mortiferis eos illecebris & erroribus perdant: quoniam hoc illis quotidianum est opus: tenebras hominibus obducere ne quæratur ab illis uerus deus. Non igitur colendi sunt: quia sententiæ dei subiacent. Est. n. piaculum maximum addicere te potestati eorum: quibus si iustitiam sequate: potentior esse possis: & eos adiuratione diuini nominis expellere ac fugare: Quod si apparet religiones istas tot modis esse uanas: quibus docui: manifestum est eos qui uel mortuis supplicant: uel terram spiritibus uenerantur: uel spiritibus impuris aīas suas mancipiant: rationem hoīum non tenere: eosq; ipietatis ac sceleris sui supplicia pensuros qui rebelles aduersus parentem generis humani deū: suscæptis inexpiabilibus sacris fas omne uiolauerunt:

Quod in cultu simulacrorum nulla potest esse religio. Nam a simulatione: id est a fallacia dicta sunt. Ca. xix:

Vuncq; igitur sacramentum hominis tueri rōnemq; naturæ suæ nititur obtinere ipse se ab humo suscitet & erecta mente oculos suos tendat in cælū non sub pedibus quærat deum nec a uestigiis suis erruat quod adoret quia qcquid homini subiacet infra hoīem sit necesse est: Sed quærat in sublimi quærat ī summo qa nihil potest homine maius esse nisi quod fuerit supra hominem. Deus aūt maior est hoīe supra ergo non infra est. Nec in ima potius. sed in summa regione quærēdus est. Quare nō ē dubiū: qn religio nulla sit ubicunq; simulacrū est. Nā si religio ex diuinis rebus: est diuini autem nihil est: nisi in cælestibus rebus. Carent ergo religiōe simulacra quia nihil potest esse cæleste in ea re quæ fit ex terra qd' quidē de nomine ipso sapienti apparere potest: Quicqd eni simulatur id falsum sit necesse est nec pōt unq̄ ueri nomē accipere qd ueritatē suco & imitatiōe mētitus. Si aūt omnis imitatio nō res potissimū seria sed quasi ludus ac iocus est nō religio in simulacris sed minus religionis est. Præferēdū est igit' uerū oībus falsis. Calcāda terrena ut cælestia cōsequamur. Ita eni res se habet ut quisq; animā suā cuius origo de cælo est ad inferna & ima prostrauerit eo cadat quo se ipse deiecerit. Ideoq; oportet rationis ac status memorem nō nisi ad superna niti semper ac tendere. Quod qui fecerit hic plane sapiens hic iustus hic homo hic cælo deoq; dignus iudicabitur quē suus parens nō humilem nec ad terrā more quadrupedū abiectum sed stantem potius ac rectum sicut eum fecit agnouerit.

Breuis epilogus quo decet gentibus superatis sibi a philosophis grauius imminere certamen. Cap. xx:

p Eracta est igitur(ni fallor)magna & difficilis suscæpti operis portio & maiestate cælesti suggerente nobis dicendi facultatem inueteratos depulimus errores. Nunc uero maior nobis ac difficilior cum philosophis proposita luctatio est quorum summa doctrina & eloquentia quasi moles aliqua mihi opponitur. Nã ut illic multitudine ac prope consensu oium gentium præmebamur: ita hic auctoritate præstantium omni genere laudis uirorum. Quis autem nesciat plus esse momenti in paucioribus doctis: q̃ in pluribus imperitis? Sed non est desperãdum istos quoq; de sententia deo ac ueritate ducibus posse depelli. Nec tam pertinaces fore arbitror: ut clarissimum solem sanis ac patentibus oculis uidere se negent. Modo illud uerum sit: quod ipsi solent profiteri studio inuestigandæ ueritatis se teneri. Efficiam profecto: ut quæsitam ueritatem diu & aliquando inuentam esse credant & humanis ingeniis inueniri nõ potuisse fateantur.

Lactantii Firmiani diuinarum institutionum aduersus gentes: liber tertius.

Cõmendatur in primis ueritas: & oĩ præfert̃ eloquentiæ: & quare eã nõ sint assecuti philosophi: aperitur: & quare stilo simplici sacra scribantur eloqa: & q̃ philosophis tũc maxime credendũ est: cum suã ignorantiam profientur. Ca. primũ.

u Ellem mihi(quoniam ueritas in obscuro latere adhuc extimatur) uel errore atq; imperitia uulgi uariis & ineptis superstitionibus seruientis: uel philosophis prauitate ingeniorũ turbantibus eam potius q̃ illustrantibus etsi nõ qualis ĩ. M. Tullio fuit(quia præcipua & admirabilis fuit)aliquam tñ proximam eloquentiæ cõtingere facultatem: ut quantũ ueritas ui sua propria ualeat tantum ingenii quoq; uiribus nixa exerceret se aliquando & discussis conuictisq; tam publicis: q̃ eorũ qui sapientes putantur erroribus: humano generi clarissimum lumen inferret. Quod quidẽ duabus ex causis fieri uellem: uel q̃ magis possent credere homines ornatæ ueritati qui ẽt mendacio credunt: capti orationis ornatu lenocinioq; uerborum: uel certe ut ipsi philosophi suis armis potissimũ: quibus placere sibi & cõfidere solent: oprimerẽtur a nobis. Sed qm̃ deus hanc uoluit esse naturam: ut simplex & nuda ueritas esset luculentior: quia satis ornata per se est. Ideoq; ornamentis extrinsecus additis fugata corrumpitur. Mendacium uero specie placet aliena quia per se corruptum uanescit ac defluit: nisi aliunde ornatu quæsito circunlitum fuerit ac politum: æquo animo ferre ingeniũ mihi mediocre fuisse concessum. Verum ego non eloquentiæ sed ueritatis fiducia suscæpi hoc opus fortasse maius q̃ possit meis uiribus sustineri: quod tamen etiam si ego defecerim: deo(cuius est hoc munus)adiuuante: ueritas ipsa complebit Etenim cum sciã maxios quoq; oratores a causidicis mediocribus sæpe uictos: q̃ tanta est potentia ueritatis: ut seipsam quanuis in rebus exiguis sua claritate defendat. Cur hanc ego in maxima causa ab ingeniosis quidem ac illis disertis uiris: sed tamen falsa dicentibus: oppressum iri putem? ac non illa si minus oratione nostra: quæ de tenui fonte admodum ex illis emanat: lumine tamen suo clara & illustris appareat. Nec si philosophi doctrina litterarum mirabiles extiterint: ego etiam illis scientiam ueri cognitionemque concesserim: quã nemo cogitando aut disputando assequi potest. Neq;.n. nunc reprehendo eorum studium: q ueritatem scire uoluerunt: quia naturã hoĩs deus ueri adepiscendi cupientissimã fecit. Sed id arguo: id reuinco: q̃ honestã illorum & optimam uoluntatem non sit secutus effectus: quia neque quid esset uerum ipsum sciebant: neq; q̃uo aut ubi aut qua mente quærendum. Ita dum succurrere humanis erroribus cupiunt

ipsi se in plagas & errores maximos induxerunt. Ad hoc igitur me opus coarguēdi philosophiam: susceptæ materiæ ordo ipse deduxit. Nam cum error omnis aut ex religione falsa oriatur: aut ex sapientia in eo conuincendo necesse est utrumq̧ subuertere. Cū eni sit nobis diuinis litteris traditum: cogitationes omnium philosophorum stultas esse Id ipsum re & argumentis docendum est: nequis honesto sapientiæ nomine inductus: aut inanis eloquentiæ splendore decæptus humanis malit q̄ diuinis credere: quæ quidē tradita sunt breuiter ac nude. Nec enim decebat aliter: ut cum deus ad hominē loqueretur: argumentis assereret suas uoces: tanq̄ fides ei nō haberetur: sed (ut oportuit) est locutus: quasi rerum omnium maximus iudex cuius non est argumentari sed pronunciare uerum: Ipse ut deus. Nos autem cum ad res singulas testimonia diuinæ uocis habeamus profecto monstrabimus quanto certioribus argumētis possint uera defendi cum etiam falsa sic defendantur: ut uera soleant uideri: quare non est q̧ philosophis tantum honoris habeamus: ut eorum eloquentiam pertimescamus: Loqui enim bene potuerunt ut homines eruditi: uere autem loqui nullo modo: quia ueritatem non didicerant ab eo qui eius potens esset. Nec sane magnum aliquid efficiemus: q̧ illos ignorantiæ redarguemus quam ipsi sæpissime confitentur in eo solo: quoniam non eis creditur in quo solo credi debuit: conabor ostendere nunq̄ illos tam ueridicos fuisse q̄ cū sententiam de sua ignoratione dixerunt:

Quod ipso nomine philosophiæ conuicitur q̄ inanis fuerit gentiliter philosophantium occupatio. Ca.ii.

Nunc quoniam duobus superioribus libris religionū falsitas demonstrata est: nec nō origo totius erroris exposita: huius libri munus est philosophiā quoq̧ ostendere: q̄ inanis & falsa sit: ut omni errore sublato: ueritas patefacta clarescat. Ordiamur itaq̧ a communi philosophiæ nomine: ut ipso capite destructo: facilior nobis aditus pateat ad excidendum omne corpus: si tamen potest corpus uocari: cuius partes ac membra discordent: nec ulla compage inter se cohæreant: sed quasi disiecta & dissipata palpitare potius q̄ uiuere uideantur. Philosophia est ut nomen indicat: ipsiq̧ definiunt studium sapientiæ. Unde igitur probem magis philosophiam non esse sapientiam: q̄ ex ipsius nominis significatione? Qui enim sapientiæ studet: utique non dum sapit: sed ut sapere possit studet. In cæteris artibus studium quid efficiat: & quo tendat: apparet: quas cum discendo aliquis assecutus est: iam non studiosus artificii sed artifex nominatur. At enim uerecūdiæ causa studiosos se sapientiæ: non sapientes uocauerunt. Immo uero Pythagoras qui hoc primus nomen inuenit: cum paulo plus saperet q̄ illi priores qui se sapientes putauerunt: intellexit nullo humano studio posse ad sapientiam perueniri. Et ideo non oportere incomprehensæ atque imperfectæ rei perfectum nomen imponi Itaque cum ab eo quæreretur: quennam se profiteretur. Respondit philosophum: id est quesitorem sapientiæ. Si ergo philosophia sapientiam quærit: nec ipsa sapientia est: quia necesse ē aliud esse quod quærit: aliud quod quæritur: nec quæsitio ipsa recta est: quia nihil potest inuenire. Ego uero ne studiosos quidem sapientiæ philosophos esse concesserim: quia illo studio ad sapientiam non peruenitur. Nam si facultas inueniendæ ueritatis huic studio subiaceret: etsi esset id studium tanquam iter ad sapientiam: aliquando esset inuenta. Cum uero tot temporibus: tot ingeniis in eius inquisitione contritis: non sit compræhensa: apparet nullam esse ibi sapientiam. Non ergo sapientiæ student qui philosophantur: sed ipsi studere se putant quia illud quod quærunt: ubi aut quale sit nesciunt. Siue ergo sapientiæ student: siue

Philosophia quid sit

Pythagoras

non student: sapientes non sunt: quia nunq̃ reperiri potest: quod aut non recte quæritur. aut omnino non quæritur.

Ex quibus rebus philosophia constet. Et quis fuerit auctor academicæ sectæ: quæ nihil recte definit q̃ solam opinionem esse in philosophia gentilium: qui ideo plus audent quia errores eorum non arguit nisi deus. Ca.iii.

u Ideamus tamen idipsum possit ne hoc studio repperiri aliquid an nihil. Duabus rebus uidetur philosophia constare: scientia & opinatione: nec ulla alia re: Scientia ab ingenio uenire non poest: nec cogitatione comprehendi: quia in seipso habere propriam scientiam: non hominis sed dei est. Mortalis aũt natura non capit scientiam: nisi quæ ueniat extrinsecus. Iccirco enim oculos: & aures: & cæteros sensus patefecit in corpore diuina sollertia: ut per eos aditus scientia perueniret ad mentem Nam causas naturalium rerum disquirere: aut scire uelle sol utrum ne tantus quantus uidetur: an multis partibus maior sit: q̃ omnis hæc terra. Item luna globosa sit: an concaua: & stellæ utrum ne cohæreant cælo: an per aerem libero cursu ferantur. Cælum ipsum qua magnitudine: qua materia constet: utrum quietum sit an mobile: an incredibili celeritate uoluatur. Qua ta sit terre crassitudo: aut quibus fundamentis librata & suspensa sit. Hæc inquam disputando & coniecturis uelle comprehendere: tale est profecto: quale si differere uelimus: qualem esse arbitramur cuiuspiam remotissimæ gentis urbem: quam nunquam uidimus: cuiusq; nihil aliud quam nomen audiuimus: Si nobis in ea re scientiam uendicemus (quæ non potest fieri) nonne insanire uideamur: qui id affirmare audeamus: in quo reuinci possimus: Quanto magis qui naturalia (quæ sciri ab homine non possunt) si scire se putant: furiosi dementesq; sunt iudicandi. Recte ergo Socrates: & eum secuti acadæmici scientiam sustulerunt: quæ non disputantis sed diuinantis est. Superest ut opinatio in philosophia sola sit. Nam unde abest scientia: id totum possedit opinatio. Id enim opinatur quisq;: quod nescit. Illi autem qui de rebus naturalibus disputant: opinantur ita esse: ut disputant. Nesciunt igitur ueritatem: quoniam scientia certi est: opinatio incerti. Redeamus ad illud superius exemplum. Age opinemur de statu & qualitate urbis illius: quæ nobis rebus omnibus præter nomen ignota est. Verisimile est in plano sitam lapideis mœnibus ædificiis sublimibus: uiis pluribus magnificis ornatisque delubris. Describamus (si placet) mores habitumque ciuium. Sed cum hæc dixerimus: alius contraria disputabit: & cum hic quoque perorauerit: surget & tertius & alii deinceps: & opinabuntur multo disparia: q̃ nos sumus opinati. Quid ergo erit ex omnibus ueri certius: Fortasse nihil. At omnia sunt dicta: quæ in rerum naturam cadunt: ut necesse sit aliquid eorum esse uerum. At nescietur quis uerum dixerit: potest fieri: ut omnes ex parte aliqua errauerint: ex parte attigerint ueritatem. Stulti ergo sumus: si hoc disputatione quæramus. Potest enim superuenire aliquis: qui opiniones nostras derideat: nosq; pro insanis habeat: qui uelimus id quod nescimus: quale sit opinari. Verum non opus est longe posita conquirere. Vnde nemo fortasse ueniat qui nos redarguat. Age opinemur quid nunc in foro geratur: quod in curia Longum est id quoque dicamus: interposito uno pariete quid fiat: nemo potest id scire: nisi qui audiuerit aut uiderit. Nullus enim audet id dicere: quia statim non uerbis sed re ipsa præsenti refutabitur. Atqui hoc idem faciunt philosophi: qui disputãt in cælo quid agatur: sed eo id impune facere arbitrantur: quia nullus existit: qui errores eorum coarguat. Quod si existimarent descensurum esse aliquem: qui eos delirare ac mentiri doceret: nunquam quicq̃ de his rebus (quas scire non possunt) disputarent. Nec tamen ideo

Socrates

fæ licior putáda est eorum impudentia & audacia: quia non redarguũtur: Redarguit.n. deus: cui soli ueritas nota est: licet conniuere uideatur: atq; horum sapientiam pro summa stultitia computat.

Quo Zeno & Socrates totam philosophiam sustulerunt de medio & quasi quodã ciuili bello confecta est armis. Ca.iiii.

Recte igitur Zeno ac stoici opinationem repudiarũt. Opinari.n.te scire: quod nescias non est sapientis sed temerarii potius ac stulti. Ergo si neq; fieri quicq̃ potest (ut Socrates docuit) nec opinari oportet ut zeno tota philosophia sublata est. Quid q; non tantum ab his duobus euertitur: qui philosophiæ principes fuerunt sed ab omnibus ut iam uideatur iampridem suis armis esse confecta: in multas sectas philosophia diuisa est: ut omnes uaria sentiunt. In qua ponimus ueritatem? in omnibus certe non potest: designemus quanlibet: cæteris in omnibus sapientia non erit. Trãseamus ad singulas. Eodem modo quicquid uni dabimus: cæteris auferemus. Vnaquæq; enim secta omnes alias euertit ut se suaq; cõfirmat. Nec ulli alteri sape cõcedit ne se desiderẽ fateatẽ sed sicut alias tollit: sic ipsa quoq; ab aliis tollitur omnibus. Nihilo min9 enim philosophi sunt qui eam stultitiæ accusant. Quamcumq; laudaueris: ueramq; dixeris: a philosophis uituperatur ut falsa. Credemus ne igitur uni: se suamq; doctrinam laudanti a multis unius alterius ignorantiam culpantib9? Recti9 ergo sit necesse est q; plurimi sentiunt: q̃ quod unus. Nemo.n. potest de se recte iudicare: quod nobilis poeta testatur. Ita enim comparatam esse omnibus naturam omnium: aliena ut melius uideant & diiudicent: q̃ sua. Cũ igitur omnia incerta sint: aut omnibus credendum sit: aut nemini. Si nemini: sapientes ergo non sunt: quia singuli ab omnibus esse negantur sapientes. Pereunt igitur uniuersi hoc modo: & tanq̃ spartiatæ illi poetarum: sic se inuicem iugulant: ut nemo ex omnibus restet. Quod eo fit: quia gladium habent: scutum nõ habent. Si ergo singulæ sectæ multarum sectarum iudicio stultitiæ conuincuntur: omnes igitur uanæ atq; inanes reperiuntur. Ita seipsum philosophia consumit & confecit. Quod cum intelligeret Archesilas Academiæ conditor reprehensiones oĩum inter se collegit: confessionemq; ignorantiæ clarorum philosophorum: armauitq; se aduersus oẽs. Itaq; constituit nouam non philosophandi philosophiã. Eo igitur auctore duo philosophiæ genera esse cæperunt. unum illud uetus quod scientiam sibi uendicat: alterum nouum repugnans: quod eam detrahit. In his duobus generibus uideo dissidium & quasi ciuile bellum: sapientiam quæ distrahi non potest: in qua parte ponemus? Si natura rerum sciri potest: hæc tyronum caterua interibit: si non potest: ueterani conficientur. Si pares fuerint: nihilominus peribit dux omnium philosophia: quia distracta est. Nihil enim potest sine interitu suo sibi esse contrarium. Si autem (ut docui) nulla potest in homine interna & propria scientia: ob fragilitatẽ conditionis humanæ Archesilæ manus uicit. Sed ne ipsa quidem stabit: quia non potest omnino nihil sciri.

Zeno

Archesilas

Contra acadæmicos multa scire & natura rerũ: & uitæ necessitas cogit. Ca.v.

Svnt enim multa quæ natura ipsa nos scire & usus frequens & uitæ necessitas cogit. Itaq; pereũdũ ẽ nisi scias quæ ad uitã sunt utilia ut appetas quæ piculosa ut fugias & uites. Præterea multa sunt quæ usus inuenit. Nã solis ac lunæ uarii cursus & meatus siderum & ratio temporum depræhensa est & natura corporum a medicis herbarumq; uires & ab agricolis natura terrarum nec non hymbrium futurorum ac tempestatum signa collecta sunt. Nulla deniq; ars est quæ non scientia

cōstet. Debuit ergo Archesilas (si q̄d saperet) distinguere: quæ sciri possēt: quæue nesciri. Sed si fecisset: ipse se in populum redegisset. Nam uulgus interdum plus sapit: quia tantum quantum opus est: sapit. A quo si quæras utrum sciat aliquid an nihil: dicet se scire quæ sciat: fatebitur se scire quæ nesciat. Recte ergo aliorum sustulit disciplinas: sed non recte fundauit suam. Ignoratio enim rerum omnium non potest esse sapientia: cuius est scire proprium. Ita cum philosophos expugnauerit: ac docuerit eos nihil scire: ipse quoq; nomen philosophi perdidit: quia doctrina eius est nihil scire. Nam qui alios reprehendit. q̄ nesciant: ipse debet sciens esse. Cum autem nihil sciat: quæ peruersitas: quæue insolentia est: ob idipsum se philosophum constituere propter quod cæteros tollat? Possunt enim sic respondere. si nihil eos scire conuinceris: & ideo non esse sapientes: quia nihil sciamus. ergo ne tu quidem es sapiens: quia te confiteris nihil scire. Quid ergo promouit Archesilas nisi q̄ confectis omnibus philosophis seipsum quoq; eodem mucrone transfixit.

Q̄ sio sapientia in medio errantium fuerit. Et academici contra physicos: & physici cōtra acadæmicos dimicauerint. Et quæ sint asystatarū exempla quæstionum Et q̄ rationes cælestium siue naturalium sciri non possint. Cap. vi.

Vbīq̄ ne igitur sapientia est? Immo uero inter philosophos fuit: sed nemo uidit. Alii putauerunt sciri posse omnia: sapientes utiq; non fuerunt. Alii nihil: ne hi quidem sapientes fuerunt. Illi quia plus homini dederunt: hi quia minus. Vtrisq; in utranq; partem modus defuit. Vbi ergo sapientia est: ut neque te omnia scire putes quod dei est: neq; omnia nescire quod pecudis. Est enim aliquid medium qd' sit hominis: id est scientia cum ignoratione coniuncta & temperata: Scientia in nobis ab anima est: quæ oritur e cælo: ignoratio a corpore quod est terra. Vnde nobis & cum deo & cum animalibus est aliqua communitas. Ita quoniam ex his duobus constamus elementis quorum alterum luce præditum est: alterum tenebris pars nobis data est scientiæ: pars ignorantiæ per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licet. Nā si illi omnes qui in alteram partem inclinauerunt: aut dextro aut sinistro uersus ceciderunt. Vtraq; autem pars quomodo errauerit dicam. Academici contra physicos ex rebus obscuris argumentati sunt nullā esse scientiam: & exemplis paucarum rerum incōpræhensibilium contenti amplexi sunt ignorantiam tanq̄ scientiam totam sustulissent quia in partem sustulerant: Physici contra ex his quæ aperta sunt argumentum trahebant omnia sciri posse: contentiq; perspicuis: retinebant scientiam tanquam totam defēdissēt: quia ex parte defenderant. Itaq; neq; hi clara: neq; illi obscura uiderunt: sed utiq; dum solam scientiam consertis manibus uel retinent: uel eripiunt. non uiderunt in medio constitutam fore quæ illos ad sapientiam transmitteret. Verum archesilas ignorantiæ magister. cum Zenoni obtrectaret principi stoicorum: ut totam philosophiā euerteret (auctore Socrate) suscæpit hanc sententiam: ut affirmaret nihil sciri posse. Itaq; eo arguit æstimationem philosophorum qui putassent ingeniis suis erutam esse atq; inuentā ueritatem: uidelicet quia mortalis fuerat illa sapientia: paucisq; ante t̄pibus instituta. ad summū iam incrementū puenerat: ut iā necessario cōsenesceret et ac piret: repente extitit acadæmia tanq̄ senectus philosophiæ: quæ illam conficeret iā deflorescētem. Recteq; uidit archesilas arrogantes uel potius stultos esse: qui putent sciam ueritatis cōiectura posse cōprehendi. Sed tamen falsa dicentem redarguere nō pōt: nisi qui scierit ante quid sit uerū. Quod Archesilas ueritate nō cognita facere conatus: introdu

Confutatio opinionū philosophorū de sūmo bono

xit genus philosophiæ ἀσύστατον: quod latine instabile siue inconstans possumus dicere. Vt.n.nihil sciendum sit: aliquid scire necesse est. Nam si omnino nihil scias: id ipsũ nihil scire posse tolletur. Itaq; qui uelut sententiæ loco pronunciat nihil sciri: tanq̃ præceptum profitetur & cognitum: ergo aliquid sciri potest. Huic simile est illud quod in scholis proponi solet in asystati generis exemplum: somniasse quendam ne somniis crederet. Si.n.crediderit: tum sequitur: ut credendum non sit. Si autem non crediderit: tũc sequitur ut credendum sit. Ita si nihil sciri potest: necesse est idipsum sciri: quod nihil sciatur. Si aũt scitur: posse nihil sciri. Falsum est ergo: quod dicitur nihil sciri posse. Sic inducitur dogma sibi ipsi repugnãs. secq; dissoluens. Sed hõ uersutus cæteris philosophis uoluit scientiam eripere: ut eam domi absconderet. Nam sibi illam profecto non adimit: qui aliquid affirmat: ut cæteris adimat: sed nihil agit. Apparet.n.ac furem suum prodit: Quanto faceret sapientius ac uerius. si exceptione facta diceret: causas rationesq; dũtaxat rerum cælestium seu naturalium quia sunt abditæ: nesciri posse: quia nullus doceat nec quæri oporteret: quia inueniri quærendo non possunt. Qua exceptione interposita & physicos admonuisset: ne quærent ea: quæ modum excederent cogitationis humanæ: & seipsam calumniæ inuidia liberasset: & nobis certe dedisset aliquid quod sequeremur. Nunc autem quum ab his sequendis nos retraxerit: ne uelimus plus scire: q̃ possimus: non minus a se quoq; ipso retraxit. Quis.n.uelit laborare: ne quicq̃ sciat? aut eiusmodi suscipere doctrinam: ut ẽt communem scientiam perdat. Quæ si doctrina est scientia constet necesse est. Si non est. quis tam stultus est: ut discendum id putet: in quo aut nihil discitur: aut omnino dediscitur? Quare si neq; omnia sciri possunt: quod physici putauerunt: neq; nihil quod acadæmici: philosophia omnis extincta est.

De morali philosophia: & quare sicut utilior: ita & cæteris philosophiæ partibus sit facilior: quæ fuerit oĩum philosophorũ fere sententiæ de summo bono. Ca.vii.

t Ranseamus nunc ad alteram philosophiæ partem: quam ipsi mortalem uocant: in qua totius philosophiæ ratio continetur: Siquidem in illa physica sola oblectatio est: in hac etiam utilitas: & quoniam in disponendo uitæ statu: formandisq; moribus periculo maiori peccatur: maiorem diligentiam necesse est adhiberi ut sciamus quomodo nos oporteat uiuere: Illic.n.potest uenia concedi: quia siue aliquid dicunt: nihil prosunt: siue delirant nihil nocent. Hic uero nullus dissidio: nullus errori ẽ locus. Oẽs unum sentire oportet: ipsamq; philosophiam uno quasi ore precipere: quia si quid fuerit erratum: uita oĩs euertitur. In illa priori parte: ut periculi minus: ita plus difficultatis est: q; obscura rerum ratio cogit diuersa & uaria sentire. Hic ut periculi plus: ita minus difficultatis. Quod ipse usus rerum & quotidiana experimenta possunt docere quid sit uerius: & melius. Videamus ergo utrumne cõsentiãt: aut quid nobis afferãt: quo rectius ad uita degatur. Non necesse est oĩa circuire. unũ eligamus ac potissimum qđ est summum ac principale: in quo totius sapiæ cardo uersat? Epicurus sũmũ bonum in uoluptate aĩ esse censet. Aristippus ĩ uoluptate corporis. Callyphõ & Dyanomachus cyrenaici: honestatẽ cũ uoluptate iunxerunt Diodorus ĩ priuatõe doloris summũ bonũ posuit. Hieronymus in nõ dolendo. Peripatetici aũt in bonis aĩ & corporis & fortunæ. Erilli summũ bonũ est scientia. Zenonis cũ natura congruenter uiuere. Quorundam stoicorũ uirtutem sequi. Aristoteles in honestate ac uirtute sũmũ bonũ collocauit. Hæ sunt feræ oĩum sententiæ. In tanta diuersitate; quem sequimur? Cui credimus? Par est

Epicurus

Opinio diuersorũ de sũmo bono

omnibus auctoritas. Si eligere possumus quod est melius: iã nõ est philosophia nobis necessaria: quia sapientes iã sumus: qui de sapientũ sententiis iudicemus. Cũ uero discẽdæ sapientiæ cã ueniamus: qd possumus iudicare: q nũdum sapere cœperimus. Maxime cum presto assit acadæmicus: qui os palio retrahat: ac uetet cuiq̃ credere: nec tamen afferat ipse quod sequamur.

Quod uera sapientia docet sũmũ bonũ hois nõ esse animi uel corporis uoluptatem: aut aliquid eorũ quæ a philosophis sunt ꝓposita. Ca. viii.

Quid ergo superest: nisi ut omissis litigationibus furiosis ac pertinacibus: ueniamus ad iudicem illũ: scilicet datorem simplicis & quietæ sapientiæ: qui nõ tantum formare nos ac inducere in uiam possit: uerum etiam de controuersiis istorum ferre sententiam. Hæc nos docet: quid sit hominis uerum ac summum bonum de quo priusq̃ dicere incipio: illæ omnes sententiæ sunt refellendæ: ut appareat neminem illorum fuisse sapientem. Cum de officio hominis agatur: oportet summũ summi aĩalis bonũ in eo constitui: quod cõmune cum cæteris animalibus esse non possit. Sed ut feris dentes: armentis cornua uolucribus pennæ propria sunt: sic homini aliquid suum debet ascribi: sine quo rationem suæ conditionis amittat: Nam quod uiuendi aut generandi causa datum est omnibus: est quidem bonũ naturale: summũ tamen non ẽ: nisi qd ẽ unicuiq; generi proprium. Sapiens ergo non fuit: qui summum bonum credidit animi uoluptatem: quoniam sine ulla securitas siue gaudium est: communis est omnibus. Aristippo ne respondendum quidem duco: quem corporis semp uoluptatem tuentem nihilq; aliud q̃ uentri & ueneri seruientem: nemini dubium est hominem non fuisse: Sic. n. uixit: ut nihil inter eum pecudemq; distaret: nisi unũ: q loquebatur. Quod si asino aut cani: aut sui facultas loquendi tribuatur: quæras q; ab his quid sibi uelint: cum fœmias tam rabide consectantur: ut uix diuelli queant: cibos etiam potumq; negligant. Cur aut alios mares uiolenter abigant: aut ne uicti quidem absistant. sed a fortioribus sæpe contriti: eo magis insectentur? Cur ne hymbres ne frigora pertinescant: laborem suscipiant: periculum non recusent? Quid aliud respondebunt? nisi summum bonum esse corporis uoluptatem: eam se appetere: ut afficiantur suauissimis sensibus: eosq; esse tanti: ut assequendorum causa nec laborem sibi ullum: nec uulnera: nec mortem ipsam recusanda putent. Ab his ne igitur pręcepta uiuendi petemus: qui hoc idẽ sentiunt: quod animæ rõnis expertes? Aiunt Cyrenaici uirtutẽ ipsam ex eo ipso esse laudandã: quod sit efficiens uolupratis. uerum ergo inquit obscænus canis: aut sus ille lutulentus: nam ideo cum aduersatio sũma uirium contentione depugno: ut uirtus mea pariat mihi uoluptatem cuius exps sim necesse est: si uictus abscessero. Ab his ergo sapere discemus: quos a pecudibus ac bæluis non sententia sed lingua discernitur? Priuationem doloris summũ bonum putare: non plane pipateticorũ ac stoicorũ: sed cynicorũ philosophorũ est? Quis. n. non intelligat ab ægrotis & in aliquo dolore positis: esse hoc disputatum? Quid tam ridiculum: q̃ id habere pro summo bono: quod medicus possit dare? Dolendum est ergo: ut fruatur bono: & quidem grauiter ac sæpe: ut sit postea non doleř iocũdus. Miserrimus est igitur qui nunq̃ doluit quia bono caret quem nos fælicissimum putabamus quia malo caruit. Ab hac uanitate non longe abfuit qui oĩo nihil dolere summum bonum dixit. Nam præterq̃ quod oẽ animal doloris est fugiens quis potest sibi hoc bonum præstare quod nobis ut eueniat nihil aliud possumus q̃ optare? Summum aũt bonũ non potest efficere quemq̃ beatũ nisi semp fuerit in ipsius potestate. Hoc aũt non uirtus homini nõ doctrina non labor sed natura ipsa cunctis animantibus præstat:

Confutatio opinionũ philosophorũ de sũmo bono

Qui uoluptatē cū honestate iunxerūt:cōmunionē hanc effugere uoluerūt. Sed effice.. runt repugnans bonū:qm̄ qui uoluptati deditus est:honestate careat necesse est:q honestati studet:uoluptate. Peripateticorū bonum nimium multiplex:exceptis aī bonis: quæ ipsa quæ sint:magna contentio est:cōe cum bæluis potest uideri. Nā corporis bona:id est incolumitas:idolentia:ualitudo:non minus sunt mutis: q̄ homini necessaria. Ac nescio an etiam magis:quia homo & medelis:& ministeriis subleuari potest: muta non possunt. Item quæ appellant fortunæ bona:nam sicut hoī opibus ad uitam tuendā ita illis præda & pabulis est opus. Ita inducendo bonum:quod non sit in hoīs potestate totum hoiem alienæ ditioni subiugarunt. Audiamus ēt zenonem. (Nam is interdū uirtutem somniat.) Summū inquit est bonū cū natura cōsentaneæ uiuere. Bæluarū igitur nobis more uiuendum est. Nam quæ abesse debent ab hoie. in his oībus depræhēduntur:uoluptates appetunt:metuunt:fallunt:insidiantur:occidunt: Et quod ad rē maxime attinet:deum nesciunt. Quid ergo me docet:ut uiuam secundum naturā:quæ ipsa in deterius prona est:& qbusdā blādimentis lenioribus in uitia præcipitat:sed si aliam mutorū:aliā hoīs dicit esse naturā:ꝙ hō ad uirtutē se genitus:nō nihil dicit. Sed tn̄ non erit diffinitio summi boni:quia nullum est aīal quod non secundum naturam suam uiuat. Qui sciam summū bonū fecit aliquid hoī proprium dedit:sed sciam alteri⁹ rei gr̄a hoīes appetūt:non pp ipsam. Quis.n.scire contentus est:non expectant aliquē fructū scientiæ. Artes ideo discuntur:ut exerceantur. Exercentur autem : uel ad subsidia uitæ: uel ad uoluptatem:uel ad gloriam. Nō est igitur summū bonū:quod non pp se expetit. Quid ergo interest utrū sciam summū bonum putemus:an illa ipsa quæ scientia ex se parit.i.uictū:gloriā:uoluptatem:quæ non sunt hoī ꝓpria:& ideo ne summa qdem bona. Nā uoluptatis & uictus appetentia non hoī solum:sed ēt mutis inest. Quid cupiditatis gloriæ. Non ne in equis depræhenditur:cum uictores exultant:uicti dolent.

Tantus amor laudum:tantæ est uictoria curæ.

Nec immerito sūmus poeta expiendum esse ait.

Et quis cuiq; dolor uictor quæ gloria palmæ. Quod si ea quæ parit sn̄ia:communia sūt cum aliis animalibus:nō est ergo sūmū bonū scientia. Præterea non mediocre hui⁹ disputationis est uitium:ꝙ scientia nuda ponitur. incipient.n. beatiores uideri: qui artē aliquam scierint:immo uero qui & res malas scierint:ut tam beatus sit qui uenena didicerit temperare:q̄ qui mederi. Quæro igitur ad quam rem scientia referenda sit. si ad causas rerum naturalium:quæ beatitudo erit mihi proposita si sciero unde Nilus oriatur: uel quicquid de cælo physici delirant. Quid ꝙ earum rerum non est scientia sed opinio quæ pro ingeniis uaria est. restat ut scientia bonorum ac malorum sūmum bonum sit. Cur ergo sciam maluit:q̄ ipsā sapiam summum bonum dicere:cum si utriusq; significatio:& uis eadem. Nemo tn̄ usq; adhuc summum bonum dixit esse sapiam: quod melius dici potuit. Nam scia parum est ad bonum suscipiendum:malumq; fugiendum: nisi accedat & uirtus. Multi.n.philosophorum cum de bonis malisq; differerent : aliter tamen q̄ loquebantur natura cogente uixerunt:qa uirtute caruerunt. Virtus aūt cū scientia coniuncta est sapia. Superest ut eos ēt refellamus:q uirtutem summū bonū putauerunt:in qua opinione ēt.M. Tullius fuit:in quo multum considerati fuerunt. Nō.n.uirtus ipsa est sūmū bonū:sed effectrix & mater est sūmi boni:qm̄ perueniri ad illud sine uirtute nō pōt. Vtrūq; itellectū ē facile. Quæro.n.utrū ne an præclarū illud bonū facile pueniri putēt:an cū difficultate ac labore. expediāt acumē suū erroreq; defendant. Si facile ad illud ad sine labore pueniri potest:sūmū bonū nō est. Quid.n.nos cruciemus.

q̄d cõsitiamus enitendo diebus & noctibus? Q uãtoquidẽ tam in p̄ptu id quod quæ rimus iacet ut illud q̄libet sine ulla cõtentione ai̅ depræhendat. Sed si cõe quoq; ac me/ diocre quodlibet bonũ nõ nisi labore assequimur: qm̄ bonorũ natura in arduo posita ẽ: malorũ in præcipiti. Sũmo igitur labore summũ bonũ assequi necesse est. Q uod si ue/ rissimum est: ergo altera uirtute opus est: ut p̄ueniamus ad eã uirtutẽ: quæ dicit̃ sũmũ bonũ: q̄d est incongruens & absurdũ. ut uirtus p̄ seipsam p̄ueniat ad seipsã. Si non pōt ad unũ bonũ nisi p̄ laborem perueniri: apparet uirtutẽ esse per quam perueniatur qm̄ in suscipiendis p̄ferendisq; laboribus uis officiumq; uirtutis est. Ergo summũ bonum non potest esse id: p̄p quod necesse est ad aliud perueniri. Sed illi cum ignorarent quid effi/ ceret uirtus aut quo tenderet: honestius aũt nihil reperirent: substituerunt in ipsius uir tutis noíe: quam nullo proposito emolumento appetenda esse dixerunt: ut bonũ sibi cõ stituerũt: q̄ bono indigeret. Aristoteles ab his nõ lõge recessit: q̄ uirtutem cũ honestate summũ bonũ putauit. quasi ulla uirtus possit esse inhonesta: ac nõ siquid habuerit turpi tudinis: uirtus esse desinat: sed uidit fieri posse: ut de uirtute prauo iudicio sentiatur ma/ le: & ideo æstimationi hominum seruiendum putauit. Q uod qui facit a recto bonoq; di scedit: quia non est in nostra potestate: ut uirtus pro suis meritis honestetur. Nam quid est: honestas: nisi honor perpetuus: ad aliquem secundo populi rumore delatus? Q uid ergo fiet: si errore ac prauitate hoĩum: mala æstimatio subsequatur? Abiiciemus ne uir tutem: quia flagitiosa & turpis ab incipientibus iudicetur? Q uæ qm̄ inuidia premi ac uexari potest. ut sit ipsum p̄priũ ac p̄petuum bonũ: nullo extrinsecus adiumento indi/ gere debet: qn suis p̄ se uirtutibus nitatur & cõstet: nec ullũ malũ recusandũ. Itaq; nec ul li ei ab homine sperandum est.

Q uid sit uere sapientis summũ bonum. Et q̄ uitiosa fuerit ratio Anaxagoræ ad quid natus sit homo. Ca. ix.

Enio nunc ad ueræ sapientiæ summũ bonũ: cuius natura hoc modo determi/ nanda est. Primũ ut solius hominis sit nec cadat in ullum aliud animal. Dein/ de ut solius animi nec cõmunicari possit cum corpore. Postremo ut non possit cuiquam sine scientia & uirtute contingere. Q uæ circunscriptio illas omnes sententias excludit: ac soluit. Eorum enim quæ dixerunt: nihil tale est. Dicã nunc quid sit ut doce/ am quod institui. Philosophos omnes cæcos atq; insipientes fuisse: qui quod est homi/ ni summum bonum constitutum: nec uidere nec intelligere: nec suspicari aliquando po tuerunt. Anaxagoras cum ab eo quæreretur: cuius rei causa natus esset: respondit solis ac cæli uiuendi. Hãc uocem admirantur omnes ac philosopho dignam iudicant. At ego hunc puto non inuenientem quid responderet: effudisse hoc passim: ne taceret. Q uod q dem secum si sapiens fuisset commentatum & meditatum habere debuit: quia siquis rationem sui nesciat: ne homo sit quidem: sed putemus non extempore dictum illud ef fusum. Videamus in tribus uerbis quot & quanta peccauerit. Primum q̄ omne homi/ nis officium in oculis posuit: nihil ad mentem referens: sed ad corpus omnia. Q uid si cæcus fuisset: officium ne hominis amitteret: quod fieri sine occasu animæ non potest? Q uid cæteræ corporis partes: num carebunt suis quoq; muneribus? Q uid q̄ plus est in auribus quam in oculis situm: quoniam & doctrina & sapientia percipi auribus solis potest oculis solis non potest. Cæli ac solis uidendi causa natus es. Q uis te in hoc spe/ ctaculum induxit? aut quid cælo rerumq; naturæ uisio tua confert? Nimirum ut hoc im mensum & admirabile opus laudes? Cõfitere ergo rerum oĩum esse cõstitutorẽ deũ: q te i hunc mundũ quasi testem laudatorẽq; tanti sui operis i duxit: Magnũ est credis u

Q uid sit summum bonum & ubi consi stat

dere cælum ac solem. Cur ergo gratias non agis ei: qui huius beneficii auctor ē? Cur nō ipsius uirtutem. ꝓuidentiam: potestatem metiris aio: cuius opera miraris? Etenim necesse est: ut multo mirabilior sit: qui mirabilia fecit. Si te q̄spiā uocasset ad cænā: in eaq̨ optime acceptus esses: num sanus uiderere: si pluris faceret ipsam uoluptatem: q̄ uoluptatis auctorem? Adeo philosophi ad corpus oīa referunt: nihil ꝓrsus ad mentem: nec uident amplius: q̄ quod sub oculis uenit. Atq remotis oibus officiis corporis in sola mentē ponenda est hominis ratio: nō ergo ideo nascimur: ut ea quæ sunt facta uideam9: sed ut ipsum factorem rerum oium contemplemur: idest mente cernamus. Quare siquis hoīem (qui uere sapit) interroget: cuius rei gratia natus sit? respondebit intrepidus ac paratus: colendi se dei gratia natum: qui nos ideo generauit: ut ei seruiamus. Seruire aūt deo nihil aliud est q̄ bonis operibus tueri & cōseruare iustitiā: Sed ille ut homo diuinarum rerum impitus: rem maximā redegit ad minimū: duo sola deligēdo: quæ sibi diceret intuenda. Quod si natū se esse dixisset: ut mundū intueretur: q̄q̄ oīa comprehenderet: ac maiori tueretur sono: tñ nō impleset hois officium: q̄a quāto pluris est aīa q̄ corpus: tanto pluris est deus q̄ mundus: quia mūdū deus fecit & regit: Non ergo mundus oculis quia utrunq̨ est corpus: sed deus aīa cōtemplandus est: q̄a deus ut est ipse imortalis: sic aīum uoluit esse sempiternū. Dei aūt cōtēplatio est uenerari & colere cōem parentē generis humani. Quod si a philosophis absuit: proiectiq̨ in terrā fuerunt diuina ignorādo existimādus est Anaxagoras ad ea quæ uidenda natū esse se dixit: nec cælū uidisse nec solem. Expedita est igitur hois ratio si sapiat: cuius ꝓpria est humanitas: nam ipsa humanitas quid est nisi iustitia? Quid est iustitia nisi pietas? Pietas autem nihil aliud est: q̄ dei parentis agnitio.

Quod ea quæ uidentur hois esse ꝓpria: cæteris quoq̨ aīalibus cōia sunt: hois uero proprium est deū noscere & colere. Ca.x.

Summū igitur bonū hois in sola religione est. Nā cætera ēt quæ putantur esse homini ptopria in cæteris quoq̨ aīalibus reperiuntur. Cum. n. suas uoces propriis inter se notis discernunt atq̨ dignoscunt: colloqui uidentur: ridendiq̨ ratio apparet in his aliqua: cum demulsis auribus: cōtractoq̨ rictu & oculis in lasciuiam resolutis: aut hoī illudunt: aut suis quisq̨ cōiugibus ac fœtibus ꝓpriis. Nonne aliquid amori mutuo & indulgentiæ simile impartiunt? Iam illa quæ sibi prospiciunt in futurū & cibos reponunt: hñt utiq̨ prouidentiam: rationis quoq̨ signa in multis deprærhenduntur. Nā quando utilia sibi appetunt: mala cauent: pericula uitant latibula sibi parant in plures exitus disparentia profecto aliquid intelligunt: Potest aliquis negare illis ineē rationem cū hoiem ipsum sæpe deludant. Nam quibus generandi mellis officiū est: cū assignatas incolūt sedes castra muniunt domicilia inenarrabili arte cōponunt regi suo seruiunt nescio an in his pfecta sit prudentia. Incertū est igitur utrū ne illa quæ hoi tribuuntur cōia sint cū aliis uiuentibus. Religionis certe sunt expertia. Equidē sic arbitror uniuersis animalib9 esse datam rōnem sed mutis tantūmō ad uitā tuendā hoi aūt ad ꝓpagandam. Et quia in hoīe ipsa ratio perfecta est sapientia nominatur quæ in hoc eximium facit hoiem ꝙ soli datum est homini intelligere diuina. Qua de re Ciceronis uera ē sententia. Ex tot inquit generibus nullum est animal præter hominem quod habeat notitiā aliquā dei. Ipsisq̨ in hominibus nulla gēs est neq̨ tā immāsueta neq̨ tam fera quæ non etiam si ignoret qualem deum haberi deceat tamen habendum sciat. Ex quo efficitur ut is agnoscat deum qui unde ortus sit recordetur: Qui ergo philosophi uolunt animos omni metu liberare tollunt etiam religionem & orbant hominem suo proprio

ac singulari bono: quod est a recte uiuendo atq; ab oi humanitate disiunctũ: qa ut deus cuncta uiuentia subiecit homini. sic ipsum hoiem sibi. Nam quid est cur iidem ipsi dispu tent. eo dirigendam esse mentem: quo uultus erectus est? Si. n. nobis in cælum spectan dum est: ad nihil aliud utiq; q̃ ob religionem. Si religio tollitur: nulla nobis ratio cũ cæ lo est. Itaq; aut eo est spectandum: aut in terrã ꝓcumbendum. In terrã procumbere si uelimus: quidem possumus: quorũ status rectus est. In cælum igit' spectandũ est: quo natura corporis prouocat. Quod si cõstat esse faciendũ: aut ideo est faciendum ut reli gioni seruiamus: aut ideo ut rõne rerũ cælestium cognoscamus. Sed rationem rerũ cæ lestium cognoscere nullo mõ possumus: qa nihil eiusdem põt cogitãdo iueniri: sicut su pra docui. Religioni ergo seruiẽdum est: quam qui nõ suscipit: ipse se ꝓsternit in terrã: & uitã pecudum secutus humanitate se abdicat. Sapiẽtiores ergo imperiti: qui ẽt si er rant in religione deligenda. tñ naturæ suæ conditionisq; meminerunt.

Q d' deus fecit hoiem cupidũ religionis & sapiæ: quorũ alterũ cõstare sine altero nõ põt. Et ꝙ nihil eorũ quæ mortales appetũt: summũ bonũ sit. Ca. xi.

Onstat igitur totius humani generis consensu religionẽ suscipi oportere: sed c qũo in ea erretur: explicandum est. Naturã hoĩs hanc deus esse uoluit: ut dua rum rerum cupidus & appetens esset: religionis & sapientiæ. Sed homines iõ falluntur: ꝙ aut religionem suscipiunt omissa sapientia: aut sapientiæ soli student omis sa religione cum alterum sine altero esse non possit uerũ. Cadunt ergo ad multiplices re ligiones: sed ideo falsas: quia sapiam reliquerunt: quæ illos docere poterat: deos multos esse non posse. Aut student sapientiæ sed ideo false: qa religionem summi dei omiserunt qui eos ad ueri scientiam potuit erudire. Sic hoies qui alterutrum suscipiunt uitam de uiam maximisq; erroribus plenam sequũtur: qm̃ in his duobus inseparabiliter connexis & officium hoĩs: & ueritas omnis inclusa est. Miror itaq; nullum omnino philosophorũ extitisse: qui sedem ac domicilium summi boni reperiret. Potuerunt. n. sic quærere. Q đ cunq; est summum bonum: necesse est oĩbus esse propositum. Voluptas est quæ appe titur a cunctis: sed hæc & communis est cum bæluis: & honesti uim non habet & satie tatem affert: & nimia nocet & processu minuitur ætatis: & multis non contingit. Nam qui opibus carent: quorum maior est numerus: ẽt uoluptate careãt necesse est. Non est igitur summum bonum: sed ne bonum quidem uoluptas. Quid diuitiæ? Multo magis Nam & paucioribus & plerunq; casu & inertibus sæpe: & non nunq̃ scelere contingunt & optantur ab his. qui eas iam tenent. Quid regnum ipsum? ne id quidem. Non. n. cun cti hoĩes regnare possunt: & necesse est uniuersos summi boni capaces esse. Quæram⁹ igitur aliquid: quod propositum sit oĩbus. Num uirtus? negari non potest: quin & bonũ sit: & omnium certe bonum. Sed si beata esse non potest: quia uis & natura eius in ma lorum ꝑferentia posita est: non est ꝓfecto summum bonum. Quæramus aliud. At ni hil uirtute pulchrius: nihil sapientia dignius inueniri põt. Si. n. uitia ob turpitudinẽ fu gienda sunt: uirtus igitur appetenda est ob decorem. Quid ergo? Potest ne fieri: ut qđ bonum: qđ honestũ esse constat mercede ac præmio careat: sitq; tã sterile: ut nihil ex se commodi pariat. Labor ille magnus & difficultas & eluctatio aduersus mala quibus hæc uita plena est: aliquid magni boni pariat necesse est. Id uero qđ esse dicemus? Num uoluptatẽ? At nihil turpe ex honesto nasci potest. Nũ diuitias? num potestates? At eam qdem fragilia sunt & caduca. Num gloriam? num honorem? num memoriam noĩs? At hæc omnia nõ sunt in ipsa uirtute: sed in aliorum æstimatione atq; arbitrio posita. Nam sæpe uirtus & inuisa est: & malo afficitur. Debet autem id bonum quod ex eo nascitur

Summum bonum ... [illegible]

ita cohærere:ut diuelli a tq distrahi nequeat.nec aliter summum bonum uideri pōt:q̄ si & propriū sit uirtutis:& tale ut neq adiici quicq nec detrahi possit.Quid q in his oī bus contemnendis uirtutis officia cōsistūt?Nam uoluptates opes:potentias:honores atq oia quæ pro bonis habentur:nō cōcupiscere:nō appetere:nō amare:qd certe faciūt uicti cupiditate.i:pfecto uirtus.Aliud ergo sublimius atq præclarius efficit:nec frustra his præsentibus bonis reluctatur:nisi q maiora & ueriora desiderat nō despemus i ueniri posse.Mō uerset se cogitatio in oia.Neq:n.leuia aut ludicra præmia petuntur.

De duplici pugna corporis & aīæ:& hostibus utriusq.Et q uirtus non pp se appetēda est:sed pp uitam æternam:quæ summum bonum est.Et uirtututem ncessario sequitur:& in præsenti haberi non potest. Ca.xii.

S Ed quæritur quid sit:propter quod nascimur:quid efficiat uirtus:possumus sic inuestigare.Duo sunt ex quibus hō constat:animus & corpus.Multa sunt propria animi multa propria corporis.Multa utriq cōmunia:sicut est ipsa uirtus:quæ quotiens ad corpus refertur:discernendi gratia fortitudo nomiatur.Quoniam igitur utriq subiacet fortitudo:utriq proposita dimicatio est:& utriq ex dimicatione uictoria.Corpus quia solidum est & comprehensibrle:cul solidis & cōprehensibilibus confligat necesse est.Animus aūt quia tenuis & inuisibilis est:cum his congreditur hostibus:q uideri tangiq non possunt.Qui sunt aūt hostes animi:nisi cupiditates:uitia peccata?quæ si uicerit uirtus ac fugauerit imaculatus erit aīus ac purus.Vnde ergo colligi pōt:quid efficiat animi fortitudo?nimirū ex coniuncto & pari:hoc est ex corporis fortitudine.Quod cū in aliquā congressionem certamenq uenerit:qd aliud ex uictoria q̄ uitam petit?Siue.n.cum hoīe:siue cū bestia dimices:pro salute certatur.Ergo ut corpus uincendo id assequitur:ut nō intereat:sic etiam aīus ut pmaneant:& sicut corpus ab hostibus suis uictum morte mulctatur:ita supatus a uitiis animus moriatur necesse est Quid ergo inteterit inter aī corporisq dimicationem:nisi q corpus temporalem uitam nitam expetit:aīus sempiternam?Si ergo uirtus p seipsam beata non est:qm̄ in pferēdis (ut dixi) maiis:tota uis eius est.Si oīa quæ pro bonis concupiscuntur negligit:si summus eius gradus ad mortem patet:quando quidem uitam quæ optatur a cæteris:sæpe respuit mortemq quam cæteri timent:fortiter suscipit:Si necesse est aliqd ex se magni boni pariat:qa sustentati & saparati usq ad mortē:labores sine præmio esse nō possūt. Si nullum præmiū quod ea digna sit in terra reperiretur:qn̄doquidem cūcta quæ fragilia sunt & caduca spnit.Quid aliud restat:nisi ut cæleste aliqd efficiat:quid terrena uniuersa cōtemnit?& ad altiora nitatur:qa humilia despicit.Id uero nihil aliud pōt esse:q̄ immortalitas.Merito ergo philosophorū non obscurus Euclides:q fuit conditor megaricorum disciplinæ:dissentiēs a cæteris id esse summum bonum dixit:quod simile sit & Idem semp.Intellexit profecto quæ sit natura summi boni:licet id nō explicauerit qd sit.i.autem immortalitas.Nec aliud oīo quicq:quia sola nec imminui:nec augeri nec immutari pōt Seneca quoq imprudens incidit (ut fatetur) nullum esse aliud uirtutis præmium q̄ immortalitatem.Laudans.n.uirtutem in eo libro:quem de matura morte conscripsit.Vna inqt res est uirtus:quæ nobis imortalitatem donare possit:& pares diis facere?Sed & stoici quos secutus est:negant sine uirtute effici queq̄ beatū posse:ergo uirtutis præmiū beata uita ē:si uirtus (ut recte dictū est) beatā uitā facit.Nō est igit (ut aiūt) pp seipsam uirtus expetenda:sed pp uitam beatam:quæ uirtutem necessario sequitur.Quod argumentum docere eos potuit:quod esset summum bonum.Hæc aūt uita præsens & corporalis beata esse non potest:quia malis est subiecta per corpus.Epi

Euclides

Seneca

curus deum beatũ & incorruptũ uocat:quia sempiternus est. Beatitudo.n.pfecta esse debet:ut nihil sit quod eã uexare ac imminuere:aut imutare possit. Nec aliter quicq̃ existimari beatũ põt:nisi fuerit incorruptũ. Incorruptũ aũt nihil ẽ nisi qd' est imortale. Sola ergo imortalitas beata est:qa corrupti ac dissolui nõ põt. Quod si cadit in hoiem uirtus:qd' negare nullus põt:cadit & beatitudo. Nõ põt.n.fieri ut sit miser:qui uirtute est præditus. Si cadit beatitudo:ergo & immortalitas cadit in hoiem quæ beata est. Summũ igit' bonũ sola imortalitas inuenitur:qa nec aliud aial:nec corpus attingit. Nec põt cuiq̃ sine scientiæ uirtute.i.sine dei cognitione ac iustitia puenire. Cuius appetitio q̃ uera:q̃ recta sit:ipsa uitæ huiusce cupiditas indicat:quæ licet sit temporalis & labore plenissima:expetitur tñ ab oibus & optatur. Hanc.n.tam senes q̃ pueri:tã reges q̃ infimi:tam deniq; sapientes q̃ stulti cupiunt. Tanti est (ut Anaxagore uisum est) contenplatio cæli ac lucis ipsius:ut quascunq; miserias libeat sustinere Cũ igitur laboriosa hęc & breuis uita non tm̃ hoium:sed ẽt cæterorum aiantium consensu magnũ bonum esse ducat' Manifestum est eandẽ summũ ac pfectum fieri bonum:si & fine careat: & oio malo. Deniq; nemo unq̃ extitisset:q hanc ipsam breuem contẽneret:aut subiret mortem nisi spe uitæ longioris Nã illi q per salutem ciuium uoluntariæ se neci obtulerũt:sicut Thebis Meneochus:Athenis Codrus:Romæ Curtius:& Mures duo Decii: nunq̃ mortem uitæ commodis prætulissent:nisi se imortalitatem opinione ciuium consequi putauissẽt. Qui tametsi nescierunt immortalitatis uiam:res tñ eos non fefellit. Si.n.uirtus diuitias & opes ideo cõtemnit qa fragiles sũt:uoluptates ideo quia breuis:ergo & uitam fragilem breueq; ideo cõtemnit:ut solidã & ppetuam cõsequat'. Ipsa ergo cogitatio pordinem gradiens & uniuersa consideraus:pducit nos ad eximium illud & singulare: cuius causa nascimur bonũ. Quod si fecissẽt philosophi:si non qd semel apprehenderãt:tueri pertinaciter maluissent pfecto peruenissent ad uerũ hoc (ut ostendi) mõ. Quod si nõ fuit eorum qui cælestes aias una cũ corporibus extringuũt:illi tamen q de immortalitate disputant animi:intelligere debuerunt:ideo ppositam nobis esse uirtutem:ut pdomitis libidinibus rerumq; terrestrium cupiditate superata:puræ ac uictrices animæ ad deum.i.ad originem suam reuertantur:Iccirco.n.soli animantium ad aspectũ cæli erecti sumus:ut summum bonum nostrum in summo deo esse credamus:Ideo religiõem soli capimus:ut ex hoc sciamus humanũ spũm nõ esse mortalẽ:q; deum qui est imortalis & desiderat & agnoscit. Igitur ex oibus philosophis qui aut pro summo bono sciam aut uirtutem sunt amplexi:tenuerunt quidem uiam ueritatis:sed non puenerunt ad summum. Hæc.n.duo sunt:quæ simul efficiat illud quod quæritur. Scientia id præstat: ut qũo & quo paeniendum sit:nouerimus:uirtus ut perueniamus. Alterum sine altero nihil ualet. Ex scientia.n.uirtus ex uirtute summum bonum nascitur. Beata igitur uita q̃ philosophi quæsiuerunt semper & quærunt:siue in cultu deorum:siue in philosophia: nulla est. Et ideo ab his non potuit reperiri.quia summum bonum non in summo quæsiuerunt:sed in imo. Summũ aũt quid est nisi cælũ & deus unde animus oritur? Imum quid est nisi terra unde corpus ẽ? Itaq; licet quidã philosophi summũ bonũ nõ corpori sed animo dederint:tamen quoniam ad illud hanc uitam rettulerunt:quæ cum corpore terminatur ad corpus reuoluti sunt:cuius est omne hoc tps quod transigitur in terra.

Quare nõ imerito summũ nõ cõprehenderunt:qa quicqd ad corpus spectat & immortalitatis est expers:unum sit necesse est. Non cadit ergo in hoiem beatitudo illo modo quo philosophi putauerunt:sed ita cadit:non ut tunc beatus sit:cũ uiuit in corpore:qd' utiq; ut dissoluaret:necesse est corrumpi:sed tunc cũ anima societate corporis liberata

Meneochus Codrus Curtius Decii

Vbi sit pfecta beatitudo

in toto spiritu uiuit. Hoc uno beati esse in hac uita possumus: si minime beati esse uidea mur. Si fugientes illecebras uoluptatum soliq; uirtuti seruientes: in oibus laboribus miseriisq; uiuamus: quæ sunt exercitia & corroboramenta uirtutis. Si deniq; asperā illā uiāq; difficilē teneamus: quæ nobis ad beatitudinē patefacta ē. Sūmū igitur bonū qd' beatos facit nō pōt eē: nisi i ea religione atq; doctrina: cui spes imortalitatis adiūcte est.

Quod aīa sit imortalis: & quare diuina traditio logicam non desiderat aut philoso phiam. sed ethicam solam: in qua docenda summi philosophi errauerunt. Et quare phi losophia non sit dux uitæ & uirtutum parens: expultrix & ultrix uitiorum: quod tamen Cicero & alii astruere conatu sunt. Ca. xiii.

r Es exigere uidet' hoc loco: ut qm̄ docuimus imortalitatē esse summum bonū id ipsum immortalem esse aīam cōprobemus. Qua de re ingens inter philoso phos disceptatio est: nec quicq̄ tn̄ explicare aut ꝓbare potuerunt hi: qui uerū sentiebant de aīa expertes huius diuinæ eruditōis: nec argumenta uera qbus uincerent attulerunt: nec testimonia qbus ꝓbarent. Sed opportunius hanc quæstionem tractabi mus in ultimo libro: cū de uita beata nobis erit disserendū. Supest illa pars tertia philo sophiæ: quā uocant logicā. i. rationalem: in qua tota dialectica & oīs loquendi ratio con tinetur. Hanc diuina eruditio nō desiderat: qa non in lingua sed in corde sapientia est: ne interest quali utatur sermone. Res. n. non uerba quærunt' Et nos non de grāmatico aut oratore: quorum scientia est qūo loqui deceat. Sed de sapiēte disserēus: cuius doctrina est qūo uiuere oporteat. Quod si neq; physica illa ratio necessaria est neq; hæc logica quia beatos facere non possunt: restat ut in sola ethica totius philosophiæ uis continea tur: ad quam se abiectis oibus Socrates contulisse dicitur: In qua etiam parte quoniam philosophos errare docui: q summum bonum cuius capiendi gratia generati sunt: non cōprehenderunt appareat falsam & inanem esse philosophiam: quia nec instruit ad iu stitiæ munera: nec officium hoīs rationemq; confirmat. Sciant igitur errare se: qui phi losophiam putant esse sapiam: non trahantur auctoritate cuiusq̄ sed ueritati potius: & accedant. Nullus hic temeritati locus est: in æternū stultitiæ pena subeunda est: si aut persona inanis aut opinio falsa decæperit. Homo aūt qualiscūq; est: si sibi credit: hoc est si homini credit: ut nō dicā stultus: q suum nō uideat errorem. C rte arrogans est: q si bi audeat uendicare: quod humana conditio non recipit. Ille ipse Romanæ linguæ sum mus auctor q̄tum fallatur: licet ex illa scientia ꝓuidere: q cum in libris officiorū philoso phiam nihil esse dixisset: q̄ studium sapientiæ: ipsam aūt sapientiam rerū diuinarū & hu manarum sciam. Tū adiecit cuius studium qui uituperat: haud sane intelligo quidnam sit qd landandum putet. Nam si oblectacio quæritur ai: requiesq; curarū: quæ confer ri cū eorum studiis possunt: qui semp aliquid inquirunt: quod spectet & ualeat abene beaaeq; uiuendū. Si uero rō cōstantiæ uirtutisq; ducit': aut hæc ars est: aut nulla oīo per quam eas assequamur. Nullā dicerere maximarū rerū artem esse: cum minimarū sine arte nulla sit: hoīum est parū considerare loquentiū: atq; in maximis rebus errantiū. Si aūt est alia disciplina uirtutis: ubi ea quæretur: cum ab isto genere discendi discesseris? Equidem tametsi operam dederim: nt quantulācunq; dicendi assequerer facultatem pp studium dicendi: tamen eloquens nunq̄ fui: Quippe qui forum ne attigerim quidē: sed necesse est ipsa me faciat esse bonitas eloquentē: ad quā diserte copioseq; defendendam scientia diuinitatis & ipsa ueritas sufficit. Vellē igitur Ciceronē paulisp ab iferis surge re: ut uir eloquentissimus ab homunculo nō diserto doceret'. Primū quidnā sit qd' lau dandū putet: qui uitupat id studiū: qd' uocat' philosophia. Deniq; neq; illā esse artem

Socrates

qua uirtus & iustitia discatur: nec aliam ullam sicut putauit. Postremo qm̄ est uirtus di sciplina ubi quærenda sit sit: cum ab illo discendi genere discesseris: quod ille non audiendi discendiq; gratia quærebat. A quo.n. posset audire. cū sciret id nemo? Sed ut in causis facere solebat: interrogatione uoluit urgere: ad confessionemq; deducere: tanq̄ consideret responderi prorsus nihil posse: quominus philosophia eēt magistra uirtutis. Q d' qdem in tusculanis disputationibus aperte professus est: ad eam ipsam cōuersa oratiōe tanq̄ se declamatorio dicendi genere iactaret. O uitæ philosophia dux inquit: o uirtutis indagatrix: expultrixq; uitiorū q d nō mō nos: sed oīno uita hoīum sine te esse potuisse Tu inuentrix legum tu magistra morum ac disciplinæ fuisti. Q uasi uero aliquid p se ipsa sentiret: ac non potius ille laudādus esset qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo & potui: quia sine his rebus uita constare non possit in quibus ut sensus ita beneficii nihil est. Atqui ut illa corporis alimenta sunt: sic animæ sapientia:

Q uod Lucretius & alii errauerunt opinati sapientiam inuentā esse ab hoīe: & nec datam hominibus a creatore: Et qūo Cicero suis uerbis conuincitur? & q; philosophia nec uerum docet: nec ad recte uiuendum instruit. Ca. xiiii.

Lucreti9 Ectius itaq; Lucretius cū eum laudat qui sapientiam primus inuenit. Sed hoc r inepte: q; ab homine inuentam putauit. Q uasi uero illam alicubi iacentē homo ille: quem laudabat inuenerit: tanq̄ tibias ad fontem (ut poetæ aiunt) q; si repertorem sapientiæ ut deum laudauit. Ita enim dicit.

Nemo (ut opinor) erit mortali corpore cretus.
Nam sicut ipsa petit maiestas cognita rerum.
Dicendū est: deus ille fuit: deus inclyte Memmi:

Tn̄ nō erit si laudādus deus: q; sapiam inuenerit: sed q; hoīem fecerit: qui posset capere sapiam. Minuit.n. laudem qui partem laudat ex toto. Sed ille ut hoīem laudauit: qui tamen ob id ipsum deberet pro deo haberi: q; sape inueneit: nā sic ait: Nōne decebit. Hūc hoīem diuū nūero dignarier esse. Vnde apparet Pythagorā uoluisse laudere q se prim9 (ut dixi) philosophoum noīauit: aut Milesium Talem: qui de rerum natura prim9 traditur disputasse. Sed dum hoīem quærit extollere: rem ipsam depressit. Non est.n. magna: si ab homine potuit inueniri. Verum pōt ut poetæ dari uenia. At ille idem pfectus orator: summusq; philosophus: ne græcos reprehendā: quorū leuitatem semp accusat & tn̄ sequitur ipsam sapientiam: quā alias donū: alias inuentū deorū uocat poeticæ figuratā laudat in faciem. Grauiter ēt quæritur extitisse aliquos: q eā uituperaret Q uisq̄ ne inquit uituperare uitæ parētem. & hoc paricidio se inquinare audeat: & tā ipie ingratus esse? Nos ne ergo. M. Tulii paricidæ sumus: & insuēdi te iudice in culleū: q philosophiam negamus parentem esse uitæ. An tu qui aduersus deum tam impie ingratus es Non hunc cuius effigiem ueneraris in capitolio se dentem: sed illum qui mundum fecit hominemq; figurauit: qui sapientiam quoq; ipsam intet cætera cælestia beneficia largitus est. Magistram tu uirtutis aut parentem uitæ uocas ad quam siquis accesserit. multo sit incertios necesse est: q̄ prius fuerit? Cuius enim uirtutis? quæ ipa ubi sita sit: ad huc philosophi non expediunt cuius uitæ: cum ipsi doctores ante fuerint senectute ac morte confecti q̄ constituerint. quomodo uiui deceat. cuius ueritatis indagatricem p fiteri potes: qui sæpe testaris: cum tanta multitudo fuerit philosophorū: sapientē tn̄ extitisse adhuc neminem. Q uid ergo te magistra illa uitæ docuit? An ut potentissimū consulem maledictis incesseres: eumq; hostem patriæ uenenatis orationibus faceres? Sed omittamus illa quæ possunt excusari fortunæ nomine. Studuisti nempe philosophię:

& quidem sic:ut nullus unq̄ diligentius:quippe qui oēs cognoueris disciplinas: sicut ipse gloriari soles:eamq; ipsam latinis litteris illustraueris:imitatoremq; Platonis ostē deris. Cedo igitur qd didiceris:aut in qua secta ueritatē deprehenderis. In academia s.quā secutus es:quā ꝓbasti:at hæc nihil docet:nisi ut scias te nihil scire. Tui ergo te libri arguunt:q̄ nihil a philosophia disci possit ad uitā. Hæc tua uerba sunt. Mihi autē nō mō ad sapiam cæci uidemur:sed ad ea ipsa quæ aliqua ex cerni pte uideant̄ hebetes & obtusi. Si ergo philosophia est magistra uitæ:cur tibi cæcus & hebes & obtusus uidebare:quem oportuit illa docentem & sentire & sape: & in clarissima luce uersari? At quā confessus fueris philosophiæ ueritatē:docent ad filiū composita præcepta:quibus mōes philosophiæ qdē præcepta noscenda:uiuendum aūt esse ciuiliter. Quid tā repugnans dici pōt? Si noscenda sunt præcepta philosophiæ:ideo utiq; noscenda sunt ut recte sapienterq; uiuamus. Vel si ciuiliter uiuendū est:nō est igitur philosophia sapīa:siquidem melius est ciuiliter q̄ philosophice uiuere. Nam si sapientia est quæ dicitur philosophia:stulte ꝑfecto uiuit q non secundū philosophiam uiuit. Si aūt non stulte uiuit q ciuiliter uiuit:seqtur ut stulte uiuat q philosophice uiuit. Tuo itaq; iudicio philosophia stultitiæ inanitatisq; dānata est. Idē in consolatione.i.in opere non ioculari. Hanc de philosophia sniam tulisti. Sed nescio qs nos teneat error:aut miserabilis ignoratio uiri. Vbi est ergo philosophiæ ministeriū? aut quid te docuit illa uitæ parens si uerū miserabiliter ignoras? Qd' si hæc erroris ignorationisq; cōfessio:pene inuito tibi ab intimo pectore expressa est:cur non tibi aliqn̄ uerū fatearis;philosophiā:quā tu nihil docentē in cælum laudibus extulisti:magistrā uirtutis esse non posse? Erratum primum

Quod in eodem errore fuit Seneca:& quid philosophia secundū ipsum. Et q, sicut deus unus & ueritas una:ita nna est & simplex sapientia. Et q̄uo philosophorum oratio pugnet cum uita. Ca.xv.

Odē doctus errore Seneca:quis.n.uerā uiam teneret errante Cicerone? Philosophia inquit nihil aliud est q̄ recta uiuendi rō:uel honeste uiuendi scia.uel ars rectæ uitæ agēdæ. Nō errabimus si dixerimus philosophiā esse legē bene honesteq; uiuendi. Et qui dixerit illā regulā uitæ:suū illi reddidit. Hic plāe n̄ respexit ad cōe philosophiæ nomen:quæ cū sit in pluris sectas disciplinasq; diffusa nihilq; hēat certi:nihil deniq; de quo uniuersi una mente ac uoce consentiant:quid pōt esse tam falsum q̄ regulā uitæ philosophiā uocari:in qua diuersitas præceptorū rectū iter īpediat & turbet? aut legē bene uiuendi cuius capita lōge dissonant:aut sciam uitæ agēdæ:in quā nihil aliud efficit̄ cōtraria sæpe dicēdo:q̄ ut nemo qcq̄ sciat:quæro.n.utrū ne academiā philosophiā putet esse an non? Negaturū non arbitror. qd' si est:nihil ergo illorū cadit in philosophiā:quæ ut oīa reddat icerta:legē abrogat:artē nullā putat:rōnē subuertit:regulam deprauat sciam funditus tollit. Falsa igitur illa oīa:qa in rem semp incertā & adhuc nihil explicantem cadere non possunt. Nulla itaq; rō uel scia uel lex bene uiuendi:nisi in hanc unica & uera & cælesti sapientia constituta est:quæ philosophis fuerit ignota. Nam illa terrena qm̄ fallax est:sit uaria:& multiplex:sibiq; tota contraria est: & sicut unus est huius mundi constitutor & rector deus una ueritas:ita unā eē ac simplicē sapiam necesse ē:qa qcquid ē uerū ac bonū:id ꝑfectū esse non pōt:nisi fuerit singulare. Quod si philosophia uitā posset instruere:nulli alii nisi philosophi eēnt boni. Et q eam non didicissent:essent oēs semp mali. Cum innumerabiles existant:& semper extiterint qui sint aut fuerint:sine ulla doctrina boni. Ex philosophis autem perraro fuerit: qui aliquid in uita fecerit laude dignum:quis est tandem:qui non uideat eos homines uir-

tutis:q̄ ipsi egent:nō esse doctores? Nā siqs mores eorū diligenter inquirat:inueniet ita cundos:cupidos:libidinosos:arrogantes:proteruos:& sub obtentu sapientiæ sua uitia cælantes:domi facientes ea:quæ in scolis arguissent. Fortasse mentior accusandi gratia nonne idipsum Tullius & fatetur & quæritur? Quotus in q̄sq; philosophorū inuenit̄: q sit ita moratus:ta aīo & uita constitutus:ut rō postulat:q disciplinā ueram non ostentationā scientiæ:sed legē uitæ putet:qui obtempet ipse sibi & decretis pariat suis? Videre aūt licet alios tanta leuitate & iactatione ut his fuerit non didicisse melius:alios pecuniæ cupidos:alios gloriæ:multos libidinum seruos:ut cū eorū uita & uitiis mirabiliter

Cornelius auctor puget oratio. Nepos q; Cornelius ad eūdē Ciceronē ita scribit. Tantū abest ut ego magistrā esse putē uitæ philosophiā:beatæq; uitæ pfectricē: ut nullus magis existimem opus esse magistros uiuendi q̄ plærisq;:qui in ea disputanda uersantur. Video.n. magnā partem eorum q in scola de pudore & cōtinentia præcipiant argutissime:eosdē in oīum

Seneca libidinū cupiditat ibus uiuere. Itē Seneca ī exortationibus. Pleriq; inquit philosophoū tales sunt diserti in conuiciū suū:quos si audias ī auaritiā:in libidinē ī ambitionem perorantes:in iudiciū suū putes pfessos. Adeo redundant ad ipsos maledicta in publicū missa:quos nos nō aliter intueri decet:q̄ medicos:quorū tituli remedia habent pyxides uenena. Quosdā uero nec pudor uitiorū tenet:sed patrocinia turpitudini suæ fingunt:ut ēt honeste peccare uideantur. Faciet inquit sapiens idem Seneca ēt quæ non probabit: ut ēt ad maiora transitum inueniat:nec relinquet bonos mores:sed tempori aptabit:ut quibus alii utuntur in gloriā aut uoluptatem:utatur agendæ rei causa. Deinde paulo-post. Oīa quæ luxuriosi faciunt:quæq; impiti:faciet & sapiēs:sed nō eodē mō eodēq; p posito. Atqui nihil interest quo aīo facias:quod fecisse uitiosum est:quia facta cernun-

Aristip9 tur:aīus non uidetur. Aristippo Cyrenaicorū magistro cum Laide nobili scorto fuit cōsuetudo:qd̄ flagitiū grauis ille philosophiæ doctor sic defendebat:ut diceret multum īter se & cæteros Laidis amatores interesse:q ipse haberet Laidem:alii uero a Laide haberentur. O præclara & imitanda bonis sapia. Huic uero liberos in disciplinam dares: ut discerent habere meretricē. Aliqd inter se ac pditos interesse dicebat.s.q illi bona sua pderent. Ipsi gratis luxuriaretur. In quo tn̄ sapientior meretrix:quæ sic philosphū habuit pro lenone:ut ad se oīs iuuentus doctoris exemplo & auctoritate concurreret corrupta sine ullo pudore. Quid ergo interfuit:quo aīo philosophus ad meretricem famosissimam cōmearet:cū eū populus & riuales sui uiderent oībus pditis nequiorem. Nec satis fuit ita uiuere:sed docere ēt libidines cępit. ac mores:suos de lupanari ad scholam transtulit:differens uoluptatem corpis esse summum bonum. Quæ doctrina execrabilis & pudenda:non in corde philosophi:sed in sinu meretricis est nata. Nam quid ergo de Cynicis loquar? quibus in propatulo coire cū coniugibus mos fuit:quid mirū si a canibus (quorum uitam imitantur) ēt uocabulum nomenq; traxerunt? Nullum igit̄ in hac disciplina magisteriū uirtutis est:cum ēt illi qui honestiora prætipiunt:aut faciūt ipsi quæ suadent:aut si faciunt:quod raro accidit non disciplina eos ad rectū:sed natura pducat:quæ sæpius ēt indoctos impellit ad laudem.

Quod recte docentes & male uiuentes teste Cicerōe nō utilitatē ex philosophia:sed inanem percipiunt delectationem. Et q sapia seipsam semp exercet in bonis actibus. Et quare non philosophiæ sed sapiæ iugetur insistendum sit. Ca.xvi.

u Erum.n.cū se ppetuæ desidiæ tradant:nullamq; uirtutem capessant: & oēm suam uitam nihil aliud q̄ in eloquentia peragāt:quid aliud q̄ inertes putari debent? Sapientia āt nisi in aliquo actu fuerit:quouim suā exerceat:inanis & fal

sa est. Recteq; Tullius ciuiles uiros qui rép. gubernant: qui urbes aut nouas constituã aut constitutas æquitate tueantur: qui salutẽ libertatẽq; ciuiũ uel bonis legib⁹ uel salubribus cõsiliis: uel iudiciis grauibus cõseruẽt: philosophiæ doctoribus præfert. Bonos .n. facere oportet potiusq̃ inclusos i angulis facienda præcipere: quæ ne ipsi qdem faciũt qui loquuntur: & qm̃ se a ueris actibus remouerunt: apparet eos exercendæ linguæ cã: aduocandi gratia artem ipsam philosophiæ reperisse. Qui autem docent tantum nec faciunt ipsi præceptis suis detrahunt põdus. Quis .n. obtempet cũ ipsi præceptores doceant nõ obtempare? Bonũ est aũt recta & honesta præcipe: sed nisi & facias: mẽdaciũ est: & incõgruens atq; ieptũ nõ in pectore: sed i labiis habere bonitatẽ. Non ergo utilitatẽ ex philosophia: sed oblectatõem petũt. Quod qdẽ Cicero testatus est. ꝓfecto niquit ois istorũ disputatio quanq̃ uberrimos fontes uirtutis & scientiæ contineat: tamẽ collata cũ horũ actis pfectisq; rebus: uereor ne nõ tm̃ uideatur attulisse negociis hoĩnum quantam oblectatõem ocii. Vereri quidem nõ debuit: cũ uerũ diceret: sed quasi timeret ne ꝓditi mysterii reus a philosophis citaretur. Nõ est ausus cõfident᷑ pronunciare qđ fuit uerũ: illos non iõ disputare ut doceant: sed ut oblectent in ocio: qui quoniam auctores sunt uerũ gerẽdarum: nec ipsi qcq gerũt: pro loquacibus sunt habẽdi. Sed ꝓfecto nihil quia boni ad uitam afferebant: nec ipsi decretis suis obtemperauerunt: nec qsq̃ p tot sæcula inuentus est: q eorum legibus uiueret. Abiicĩeda est igitur ois philosophia quia non studendum sapientiæ: qđ fine ac mõ careat: sed sapiendum est & quidem mature. Non .n. nobis altera uita conceditur: ut cum quæramus in hac sapiam: in ilia sape possimus: in hac utrunq; fieri necesse est. Cito inueniri debet: ut cito suscipi possit: neq̃d pereat ex uita: cuius finis incertus est. Ciceronis Hortensius contra philosophiam disserens: circunuenitur arguta cõclusione: qui cum diceret philosophandum non esse nihilominus philosophari uidebatur: quoniam philosophi est quid in uita faciendum uel nõ faciendum sit disputare. Nos ab hac calũnia immunes ac liberi sumus: qui philosophiam tollimus quia humanæ cogitationis inuentio est Sophiam defendimus: quia diuina traditio est Eamq; ab omnibus suscipi oportere testamur. Ille cum philosophiam tolleret: nec melius aliquid afferet: sapiam tollere putabatur: eoq; facilius de sapientia pulsus est: quia constat hoiem non ad stultiam: sed ad sapiam nasci. Præterea illud quoq; argumẽtũ cõtra philosophiã ualet plurimũ: quo idẽ est usus Hortẽsius: ex eo posse intelligi philosophiã non esse sapiam: q ꝓ principium & origo eius appareat. Q ñ inqt philosophi esse cœpunt. Thales (ut opinor) prius: recens hæc qdem ætas. Vbi ergo apud antiquiores latuit amor iste inuestigandæ ueritatis. Idem Lucretius ait.

Cicero auctor — Hortẽsi⁹ — Thales

Deniq; natura hæc rerum: ratioq; repta est
Nup: & hac primum cum primis ipse reptus.
Nunc ego sum in patrias: qui possum uertere uoces.

Lucreti⁹ auctor

Et Seneca: Nondum sunt inquit mille anni: ex quo initia sapientiæ mota sunt. Multis ergo seculis humanum genus sine ratione uixit. Quod irridens Persius: Postquam inquit sapere urbi Cum pipere & palmis uenit. Tanq̃ sapientia cum saporis mercibus fuerit inuecta: quæ si secundum hominis naturam est: cum homine esse cœperit necesse est. Si uero non est: nec capere quidem illã posset humana natura. Sed qa recipit: igitur a principio fuisse necesse ẽ: ergo philosophia non a principio fuit non est eadẽ uera sapientia: sed uidelicet Græci qui ad sacras ueritatis litteras non attigerant: quemadmodum deprauata esset sapientiam nesciuerunt. Et ideo cum uacare sapientia humanam uitam putarent philosophiã cõmenti sunt: idest latentem aeq; ignotam sibi ueritatem disserendo eruere uoluerunt: q

Seneca auctor — Persius auctor

ſtudium per ignorantiam ueri ſapiam putauerunt:

Quæ fuit ipſa doctrina Epicuri quæ moribus omnium appoſitiſſima loquebatur Et quomodo Leucippum & democritum habuerit auctores erroris & fabros athomorum & aſſertores uoluptatis. Ca.xvii.

d Ixi de philoſophia ipſa q̃ breuiter potui:nũc ad philoſophos ueniamus:nõ ut cũ eiſdẽ certemus q ſtare nõ poſſũt:ſed ut eos fugientes atq; deiectos noſtro cãpo inſequamur. Epicuri diſciplina multo celebrior ſem p fuit q̃ cæterorum nõ qa ueri aliquid afferat. Sed qa multos ad populare nomẽ uoluptatis inuitat. Nemo .n.non inuitia ꝓnus ẽ. Præterea ut ad ſe multitudinẽ cõtrahat:appoſita ſingulis qbuſq; moribus loquitur. Deſidioſum uetat litteras diſcere:auarũ populari largitione liberat: ignatũ ꝓhibet accedere ad rẽp. pigrũ exercere:timidũ militare. Irreligioſus audit deos nihil curarẽ:ĩhũan⁹ & ſuis cõmodis ſeruiẽs iubet̃ nihil cuiq̃ tribuere. Oĩa.n.ſua cã facere ſapiẽtẽ:fugienti turba ſolitudo laudatur. Qui nimiũ parcus eſt:diſcit aqua & polenta uitam poſſe tollerari. Qui odit uxorem:huic enumerant̃ cælibatus bona. Habenti malos liberos:orbitas prædicatur. Aduerſus ĩpios parentes nullũ eſſe uinculũ naturæ ĩ patienti ac delicato dolorem eſſe oĩum malorũ maximũ dicitur:forti ẽt in tormẽtis beatam eſſe ſapientẽ. Qui claritati ac potẽtiæ ſtudet huic præcipit̃ reges colere. Qui moleſtiã ferre nõ poteſt:huic regiã fugere Ita hõ aſtutus ex uariis diuerſiſq; modis circulũ cogit:& dũ ſtudet placere oĩbus:maiore diſcordia ſecũ ipſe pugnauit:q̃ inter ſe uniuerſi. Vnde ãt diſciplina eius tota deſcendat:quã originẽ habeat: explicãdũ eſt. Videbat Epicurus bonis aduerſa ſẽp accidere:pauptatem:labores:exilia.carorũ amiſſiones malos cõtta beatos eſſe:augeri potẽtia:honoribus affici uidebat innocẽtiã minus tutã: ſcelera ĩpune cõmitti:uideat ſine delectu morũ: ſine ordine ac diſcrimine annorũ ſæuire mortẽ:ſed alios ad ſenectutem ꝑuenire alios:infantes rapi:alios iã robuſtos interire alios in pꝛĩo adoleſcẽtiæ flore ĩmaturis funeribus extingui:in bellis potius meliores & uinci & perire. Maxĩe ãt cõmouebat hoĩes in primis religioſos grauioribus malis affici. His aũt q aut deos oĩo negligerent:aut nõ pie colerẽt:uel mĩora incõmoda euenire:uel nulla. Ipſa ẽt templa fulminibus cõflagrare. Quod Lucretius quærit̃ cũ dicit de deo.

Epicurus

Lucreti⁹ auctor

Cum fulmina mittat & ædes.

Ipſe ſuas diſturbet:& in deſerta recedens Sæuiat exercens tælũ: qd̃ ſæpe nocentes Præterit:exanimatq; indignos inq; merentes. Qd̃ ſi uel exiguã ueritatis aurã colligere potuiſſet:nunq̃ diceret ædes illũ ſuas diſturbare:cũ iõ diſturbet: qa non ſunt ſuæ: Capitoliũ qd̃ ẽ rõanæ urbis & religiõis caput ſũmũ:nõ ſemel ſed ſæpi⁹ fulmĩe ictũ cõflagrauit. Hoĩes ãt ĩgenioſi qd de hoc exiſtiauerit ex dicto Cicerõis appet:q ait diuinit⁹ extitiſſe illã flãmã:nõ quæ terreſtre illud domiciliũ iouis deleret: ſed q̃ ſublimus magnificẽtiuſq; depõſceret. Qua de re ẽt ĩ libris cõſulatus ſui eadẽ dixit:quæ Lucretius:

Nam pater altitonans ſtellanti nixus olympo

Ipſe ſuas arces atq; inclyta tẽpla petiuit: Et capitolinis iniecit ſedibus ignes.

Pertinaci ergo ſtultitia nõ mõ uim maieſtatẽq; ueri dei nõ intellexerunt:ſed ẽt ĩpietatẽ ſui erroris auxerunt:q templũ cæleſti iudicio ſæpe dãnatũ reſtituere cõtra fas oẽ cõtenderint. Cũ hæc igit̃ cogitaret Epicurus:earũ rerũ uelut iniquitate inductus. Sic.n.cãm rõnẽq; ignorãti uidebat̃ exiſtimauit nullã eſſe ꝓuidẽtiã. Qd̃ cum ſibi pſuaſiſſet:ſuſcæpit etiam defendendum:ſic in errores inextricabiles ſe ipſe incluſit. Si enim prouidentia nulla eſt:quomodo tam ordinate:tam diſpoſite mundus effectus eſt: Nulla inquit diſpoſitio eſt:multa.n.facta ſunt aliter q̃ fieri debuerunt. Et inuenit homo diuinus quæ

reprehenderet. Quæ singula si uacaret refellere: facile ostenderē nec sapientem hunc fuisse nec sanū. Itē si nulla ꝓuidentia est: quōo aīalium corpora tā ꝓuidenter ordinata sūt ut singula quæq; membra mirabili rōe disposita: sua officia cōseruēt? Nihil inqt i ꝓcreandis animalibus ꝓuidentiæ rō molita est. Nā neq; oculi facti sunt ad uidendum: neq; aures ad audiendū: neq; lingua ad loquendū neq; pes ad ambulandum: qm̄ prius hæc nata sunt q̄ esset loqui: audire. uidere: ambulare. Itaq; non hæc ad usum nata sunt: sed usus ex illis natus ē. Si nulla ꝓuidentia est cur hymbres cadunt: fruges oriuntur: arbusta frondescunt? Non inquit semper aīantium cā ista fiunt: qm̄ ꝓuidentiæ nihil prosunt sed oīa sua spōte fieri necesse est. Vnde ergo nascunt: aut quōo fiunt oīa: quæ geruntur? Non est inquit prouidentiæ opus. Sunt. n. semina p inanē uolitantia: quibus inter se temere conglobatis uniuersa gignuntur atq; cōcrescūt. Cur igitur illa illa non sentimus: aut nō cernimus? Quia nec colorē habent inqt nec calorē ullū nec odorē: saporis quoq; & humoris exptia sunt: & tā minuta: ut secari ac diuidi nequant. Sic eum quia in principio falsum suscæperat: cōsequentiū rerū necessitas ad deliramenta perduxit. Vbi. n. sūt aut unde ista corpuscula? Cur illa nemo præter unū Leucippū somniauit? A quo Democritus eruditus hæreditatem stultitiæ reliquit Epicuro. Quæ si sint corpuscula & qdē solida (ut dicunt) sub oculos certe uenire possunt. Si eadē est natura oīum: quōo res uarias efficiunt? Vario inqt ordine ac positione cōueniūt sicut litteræ: quæ cū sint paucæ: uariæ tñ collocatæ innumerabilia uerba conficiunt. At litteræ uarias formas habent. Ita iquit & hæc ipsa promordia. Nam sunt aspa: sunt hamata: sunt leuia. Secari ergo & diuidi possunt: si aliquid inest illis qđ emineat. Si aūt leuia sunt & humoris indgent cohærere non possunt. Hamata igitur esse oportet: ut possint inuicem concathenari. Cū uero tam minuta esse dicantur: ut nulla ferri acie desiici ualeant: quōo hamos aut angulos habent? Quos quia extant: necesse ē posse diuelli. Deinde quo fœdere inter se: qua mente conueniunt: ut ex his aliquid constituatur: si sensu careāt: nec coire tam disposite possunt: quia non potest qcq̄ rationale perficere nisi rō. Quam multis coargui hæc uanitas potest: sed properat oratio. Democritus

Hic est ille.
Qui genus humanū igenio supauit: & oēs
Extinxit stellas: exortus ut æthereus sol.

Quos eqdē uersus nunq̄ sine risu legere possum. Nō. n. de Socrate aut Platone saltem dicebat: q uelut reges habent̃ philosophorum. Sed de homine quo sano & uigente nullus æger ineptus delirauit. Itaq; poeta inanissimus leonis laudibus murē non ornauit: sed obruit & obtriuit. At idem nos metu liberat mortis: de qua hæc ipsius uerba sūt expræssa. Quando nos sumus: mors non est: quādo nos non sumus: mors est: Mors ergo nihil ad nos: q̄ argute nos fefellit. quasi uero trāsacta mors timeatur: quia iā sensus ereptus est: ac non ipsum mori quo sensus eripit̃. Est igit̃ tp̄s aliqđ quo & nos iā nō sum⁹ & mors tñ nondū est. Idq; ipsū uidet̃ miserū esse. ꝙ & mors eē incipit & nos esse desinimus. Nec frustra dictū est: mors misera nō ē. Aditus ad mortē ē miser: hoc ē morbo tabescere: ictū ꝑpeti: ferrū corpore excipere: ardere igni: dētibus bestiarū laniari. Hæc sūt quæ timent̃: non qa mortē afferūt sed qa dolorem magnum. Quin potius effice ne dolor malū sit. Oīum inqt malorū maximū est. Quid ergo nō possū non timere si id quod mortem antecedit aut efficit malū est? Quid ꝙ totū illud argumentum falsum est quia nō intereunt aīæ? Vere inqt nā qđ cum corpore nascitur cum corpore intereat necesse est. Iā supius dixi differre hunc locum melius & operi ultimo reseruare ut hāc Epicuri persuasione sine illa Democriti siue Dicearchi fuit argumentis & diuinis testimoniis redarguā. Verum ille fortasse ipūitatem uitiis suis spopōdit. Fuit. n. turpissimæ uolupta

tis assertor: cuius capiendæ cã nasci hoiem putauit. Quis cũ hoc affirmari audiat: uitiis & sceleribus abstineat. Nã si pituræ sunt aiæ: appetamus diuitias ut oẽs suauitates capere possimus. Quæ si nobis desunt: ab his qui hñt auferamus clã: dolo. ui. Eo magis si humanas res nullus deus curat. qñcunq; spes ĩpunitatis arriserit: rapimus: necemus. Sapien is est. n. malefacere: si & utile sit & tutum qm̃ siquis in cælo deus est: non irascitur cuiq̃. Aeq; stulti & benefacere: qa sicut ira nõ cõmouetur: ita nec gratia tangit. Voluptatibus igitur quoquo mõ possumus: seruiamus. Breui. n. tpe nulli erimus oio. Ergo nullũ diẽ: nullũ deniq; tpis punctum fluere nobis sine uoluptate patiamur: ne quia ipsi qñq; perituri sumus: idipsum qđ uiximus pereat. Hæc ille tametsi nõ dicit uerbo: re tñ ipsa docet. Nã cũ disputat oĩa sapientem sua cã facere ad utilitatẽ suã refert oĩa q̃ agit. Itaq; qui audit hæc flagitia: nec boni quicq̃ faciendum putabit: qm̃ benefacere ad utilitatem spectat alienã: nec a scelere abstinendũ: quia maleficio præda coniuncta est. Archipyrata quisq̃ uel latronum ductor: si suos ad grassandũ cohortet: quo alio sermone uti põt: q̃ ut eadem dicat: quæ dicit Epicurus deos nihil curare: Non ira: nõ gr̃a tãgi: inferorũ pœnas nõ esse metuẽdas: q̃ aiæ post mortẽ occidant: nec illi oio sint inferi: uoluptatẽ esse maximũ bonũ: nullã esse humanã societatẽ: sibi quẽq; cõsulere: neminem esse q alterũ diligat nisi sua cã. Mortẽ nõ esse metuendã forti uiro nec ullũ dolorẽ qn ẽt si torqueatur: si utatur: nihil se curare dicat: Est plane cur quisq̃ putent hanc uocem uiri esse sapientis: quæ põt latronibus aptissime commodari.

Quomodo pythagoraci & stoici cõtrario epicureis errore desipiant sic animarum immortalitatem statuentes ut eas in uaria corpora transire mentiantur. Et uoluntariam mortem persuaserunt inaniter philosophantibus. Cap. xviii.

a Lii aũt cõtraria dixerũt superesse animas post mortẽ & hi sunt maxime pythagorici ac stoici: qbus & si ignoscẽdũ est: qa uerũ sentiũt: nõ possum tñ non reprehendere eos: q non scia sed casu inciderũt in ueritatẽ. Itaq; in eo ipso qđ recte sentiebant: aliquid errauerunt. Nã cũ timerent argumentũ illud quo colligitur: necesse ut occidant aiæ cũ corporibus quia cũ corpibus nascunt̃ dixerũt nõ nasci aias: sed insinuari potius in corpa: & de aliis ĩ alia migrare corpa. Nõ putauerũt aliter posse fieri ut supsint aiæ post corpa: nisi uideãtur fuisse ante corpa. Par igitur ac ꝓpe similis error est partis utriusq;. Sed hæc in præterito falsa est: illa ĩ futuro. Nemo. n. uidit qđ est uerissimũ & nasci aias & nõ occidere: qa cur id fieret: aut quæ rõ esset: hoies nescirẽt. Multi ergo ex his q æternas esse aias suspicabant̃: tanq̃ in cælũ migraturi essẽt: sibi ipsis manus ĩtulerũt: ut Cleãthes & Chrysippus: ut Zeno & Empedocles: q se ĩ ardẽtis Aetnæ specũ intempesta nocte deiecit: ut cũ repente nõ apparuisset abiisse ad deos crederet̃: ex Romanis Cato: q fuit in oĩ & sua uita Socraticæ uanitatis imitator. Nã Democrit⁹ in alia fuit ꝑsuasione. Sed tñ sponte sua lætho caput obuius obtulit ipse quo nihil sceleratius fieri põt. Nã si homicida nefarius est q hoĩs extinctor est eidem sceleri obstrict⁹ est q se necat qa hoiem necat. Immo uero maius eẽ id facinus existimãdũ est cuius ultio deo soli subiacet. Nã sicut in hãc uitã nõ nostra spõte uenimus ita rursus ex hoc domicilio corporis qđ tuendũ nobis assignatum est eiusdem iussu nobis recedendum est qui nos in hoc corpus induxit tã diu habitaturos donec iubeat emitti. Et si uis aliqua inferatur æqua mẽte patiẽdũ est cum extincta innocentis aia multa esse non possit habeamusq; iudicem magnum cui soli uindicta integra semper est. Homicidæ igitur illi oẽs philosophi & ipse romãæ sapientiæ prĩceps Cato qui anteq̃ se occideret plegisse Platonis librum dicitur: qui est scriptus de æternitate aiarum: Et ad summum nefas philoso-

Cleãtes
Chrysippus:
Zeno
Empedocles
Cato

phi auctoritate cōpulsus est. Et hic tñ aliquā moriendi cām uidetur habuisse odium ser uitutis. Quid Ambraciotes ille: qui cū eundē librū plegisset se: præcipitē se dedit nullā aliam ob causam: nisi q Platoni credidit? Execrabilis ꝑrsus ac fugiēda doctrina: si abigit homines a uita. Quod si scisset Plato: atq; docuisset: a quo: & qūo & qbus: & quæ ob facta: & quo tempore immortalitas tribuatur: nec Theombrotum impegisset in mortem uoluntariā: nec Catonē: sed eos ad uitā & ad iustitiā potius erudisset. Nā Cato uidetur mihi causā quæsisse moriendi: nō tā ut Cæsarē fugeret: q̄ ut stoicorū decretis obtemparet: quos sectabat': nomenq; suū grandi aliquo facinore clarificaret: cui quid mali accidere potuerit: si uiueret non inuenio. Caius. n. Cæsar ut clæmens erat: nihil aliud efficere uolebat: etiam in ipso belli ciuilis ardore: q̄ ut bene mereri de republica uideretur: duobus optimis ciuibus Cicerone & Catone seruatis. Sed redeamus ad eos q mortem pro bono laudant. De uita quæreris quasi uixeris: aut unq̄ tibi ratio constiterit: cur oīo sis nntus. Nonne igitur tibi uerus ille & cōmunis oīum pater terentianū illud iure increpauerit. Prius disce quid sit uiuere: si displicebit uita: tum istoc utitor. Indignaris te malis esse subiectū: quasi q̄cq̄ merearis bōi: q p̄rem: q dn̄m: q regem tuū nescis: q q̄uis clarissimā lucē intuearis oculis: mente tñ cæcus es: & in ꝑfundis ignorantiæ tenebris iaces. Quæ ignorantiæ effecit: ut quosdā dicere non puderet: iccirco nos esse natos: ut scelerum pœnas lueremus: quo quid delirius dici possit nō inuenio. Vbi. n. uel quæ scelera potuimus admittee: q oīo nō fuimus? Nisi forte credemus iepto illi seni: q se in priori uita Euphorbiū fuisse mētitus est. Hic credo q erat ignnobili genere natus: familiā sibi ex Homeri carminibus adoptauit. O mirā & singularē Pythagoræ memoriā. O miserā obliuionē nostrū oīum: q nesciamus qd ante fuerius: sed fortasse uel errore aliquo uel gratia sit effectū: ut ille solus lætheū gurgitē nō attigerit nec obliuionis aquā gustauerit uidelicet senex uanus sicut ociosæ aniculæ solent fabulas tanq̄ infantibus credulis finxit. Q d' si bn̄ sensisset de his qbus hæc locutus est si hoies eos existiasset nunq̄ sibi tā petulanter mentiēdi licentia uēdicasset sed deridēda hoīs leuissimi uanitas. Quid Ciceroni faciemus q eū in principio cōsolatōis suæ dixisset luendorū sclerū cū nasci hoies. Iterauit id ipsum postea quasi obiurgās eū q uitā non esse malis plenā putet. Recte ergo ꝑfatus est errore ac miserabili ueritatis ignorantia se teneri. ambraciotes Caius Cęsar

Quod Cicero & alii sapientissimi imortalitatē aiarū sed infideliter docēt. Et q mala uel bona mors sit ponderanda ex anteacta uita & gratia dei. Ca. xixr

a T illi qui de mortis bono disputant quia nihil ueri sciunt sic argumentantur. si nihil est potest mortem non est malum mors. Aufert. n. sensum mali. Si aūt super sunt animæ etiam est bonum quia immortalitas sequitur. Quam sententiam Cicero de legibus sic explicauit. Gratulemurq; nobis quoniam mos aut leniorem quam qui est in uita aut certe non deteriorem est allatura statum. Nam sine corpore animo uigente diuina est uita sensu carenti nihil profecto est mali. Argute ut sibi uidetetur quasi nihil aliud esse possit. Atquin utrunque hoc falsum est. Docent enim diuinæ litteræ non extingui animas sed aut pro iustitia præmio affici aut pœna pro sceleribus sempiterna. Nec enim fas est aut eum qui sceleratus in uita fœliciter fuerit effugere quod meretur aut eum qui ob iustitiam miserimus fuerit: sua mercede fraudari. Quod adeo uerum est ut idem Tullius in consolatione non easdem sedes incolere iustos atque impios prædicauerit. Nec enim omnibus inquit idem illi sapientes arbitrati sunt unde cursum in cælo patere: nam uitiis & sceleribus cōtaminatos deprimi in tenebras atq; in cœno iacere docuerunt. Castos aūt animos puros integros incorruptos bōis et Cicero auctor

studiis atq; artibus expolitos: leui quodã & facili lapsu ad deos: idest ad naturã sui simi lem peruolare. Quæ sententia superiori illo argumẽto repugnat. Illud. n. sic assumptũ est: tanq̃ necesse sit oẽm hoiem natum immortalitate donari. Quod igitur erit discrimẽ uirtutis ac sceleris: si nihil interest utrum ne Aristides sit aliquis an Phalaris? Vtrũ Cato an Catilina? Sed hanc repugnantiam rerum sniamq; non sentit: nisi q tenet ueritatẽ. Si quis igitur nos roget: utrum ne mors sit bonum an malum respondebimus qualitatem eius ex uitæ rõne pendere. Nã sicut uita ipsa bonũ est si cũ uirtute uiuatur: malum si cum scelere: ita & mors ex præteritis uitæ actibus ponderanda est. Ita fit ut si uita in dei religione transacta sit: mors malum non est qa trãslatio sit ad imortalitatẽ. Si alitur malũ sit necesse est: qm̃ (ut dixi) ad æterna supplicia trãsmitit. Quid ergo dicem⁹: nisi errare illos: qui aut mortem appetunt tanq̃ bonum: aut uitã fugiunt tanq̃ malum? Nisi q; sunt iniquissimi: qui potiora mala non cõpensant bonis pluribus. Nam cum oẽm uitam p exquisitas & uarias traducãt uoluptates: mori cupiũt: siquid forte his amaritudinis superuenerit. Et sic hñt tanq̃ illis nunq̃ fuerit bene: si aliquando fuerit male. Damnant igitur uitam oẽm: plenãq; nihil aliud q̃ malis opinantur. Hinc nata est inepta illa snia: hanc esse mortem: quã nos uitã putamus: illam uitam quam nos pro morte timeamus. Ita primũ bonum esse nõ nasci: secundũ citius mori. Quæ ut maioris sit auctoritatis: Sileno attribuitur. Cicero in cõsolatione. Nõ nasci inqt longe optimũ: nec in hos scopulos incidere uitæ. Proximum aũt si natus sis: q̃ primũ mori tanq̃ ex incendio effugere uiolentiam fortunæ. Credidisse se illi uanissimo dicto exinde apparet q; adiecit aliquid de suo ut ornaret. Quæro igitur cui esse optimum putet non nasci: cũ sit null⁹ oio qui sentiat? Nam ut bonum sit aliquid aut malum sensus efficit. Deinde cur oium uitã nihil aliud esse q̃ scopulos & incendium putauerit: quasi aut in nostra fuerit potestate ne nasceremur: aut uitam nobis fortuna tribuat non deus: aut uiuendi ratio quicq̃ simile incendio habere uideatur. Non dissimile Platonis illud est: quod aiebat se gratias agere naturæ. Primum q; homo natus esset potiusq; mutum animal. Deinde q; mas potius q̃ fœmina q; græcus q̃ barbarus. Postremo q; atheniensis non thebanus: & q; temporibus Socratis. Dici non põt quantam mentibus cæcitatẽ: quantosq; pariat errores ignoratio ueritatis. Ego plane cõtenderim: nunq̃ quicq̃ dictum esse in rebus humãis delirius: quasi uero si aut barbarus: aut mulier: aut asinus deniq; natus esset: idem ipse Plato non esset: ac nõ illud ipsum qd' fuisset Sed Pythagoræ uidelicet credidit: qui ut uetaret homines animalibus uesci: dixit animas de corporibus in aliorum aialium corpora commeare: qd' & uanũ & impossibile est. Vanum quia necesse nõ fuit ueteres aias i noua corpora inducere: cum idem artifex qui primas aliqñ fecerat potuerit semp nouas facere. Impassibile quia recte rationis animatã immutare naturã status sui nõ põt q̃ ignis aut deorsum niti aut in trãuersum fluminis modo flamã suã fundere. Existimauit ergo hõ sapiens fieri potuisse ut anima quæ tunc erat in Platone in aliquod mutum aial includeretur essetq; humão sensu p̃dita ut intelligeret ac doleret incõgruenti se corpore oneratam. Quanto sanius faceret si gratias se agere diceret q; ingeniosus q; docilis natus esset: q; in his opibus ut liberaliter erudiretur. Nã q; athenis natus est: qd in eo beneficii fuit? An non plurimi extiterũt in aliis ciuitatibus excellenti ingenio atq; doctrina uiri: q non meliores singuli q̃ oẽs athenienses fuerunt? Quanta hoium multa fuisse credam⁹ q & Athenis nati: & temporibus Socratis: indocti tñ ac stulti fuerũt. Non. n. aut parietes aut locus in quo quisq; ẽ effusus ex utero conciliat hoi sapientiam. Quid uero attinuit Socratis se temporibus natum gloriari? Nũ Socrates igenia discẽtib⁹ potuit dare

Nõ uenit in mẽtẽ Platoni Alcibiadem quoq; & Critiã eiusdẽ Socratis assiduos auditores fuisse: quorũ alter hostis patriæ acerrimus fuit: alter crudelissimus oĩum tyrãnorũ.

Quod Socrates in eo fuit cordatior cæteris: qa a scrutino cælestium & naturalium causis disputationem suspendit in qbus temere consumitur ingenium & tempus: sed & in multis desipuit: quorum subiiciuntur exempla. Ca.xx.

u Ideamus nũc qd in Socrate ipso tã magnũ fuerit: ut hõ sapiens merito grãs ageret illis tpibus esse senantum. Non inficior fuisse illũ paulo cordatiorẽ: q̃ cæteros qui naturã rerũ putauerunt ingenio posse cõprehẽdi. In quo illos nõ tm̃ excordes fuisse arbitror. sed ẽt impios: q in secreta illius cælestis ꝓuidentiæ curiosus oculos uoluerunt immittere. Romæ ẽt in plerisq; urbibus scimus esse quædã sacra quæ aspici a uiris nefas habetur. Abstinent igitur aspectu qbus illa contaminari non licet: & si forte uel errore uel casu quopiã uir aspexerit: primo pœna eius deinde instauratiõe sacrificii scelus expiatur. Quid his facias: q inconcessa scrutari uolũt? Nimirũ multo sceleratiores q arcana mundi & hoc cæleste templum prophanari impiis disputatõibus quærunt: q̃ qui ædem Vestæ aut bonæ deæ: aut cæteris intrauerit. Quæ penetralia q̃uis adire uiris non liceat: tñ a uiris fabricata sunt. Hi uero non tm̃ impietatis crimẽ effugiunt: sed qđ est multo indignius: eloquentiæ famã aut ingenii gloriam consequũtur. Quid si aliquid inuestigare possent? Sunt. n. tã stulti in asseuerando: q̃ improbi in quærendo: cũ neq; inuenire qcq̃ possint: nec defendere: ẽt si inuenerint. Nã si uerũ uel fortuito uiderint qđ sæpius cõtingit: cõmittunt ut ab aliis id ꝓ falso refellat̃. Nõ. n. descẽdit aliqs de cœlo qui sñiam singulorum opinionibus ferat. quapropter nemo dubitauerit eos qui ista conquirant: stultos ineptos: insanos esse. Aliquid ergo Socrates habuit cordis humani: q cũ itelligeret hæc nõ posse inueniri: ab eiusmodi quæstiõibus se remouit. Vereorq; ne in eo solo: multa. n. sunt eius nõ mõ laude indigna: sed ẽt reprehensione dignissima: i qbus fuit suorũ simillimus. Ex his unũ eilgam: qđ ab oĩbus sit ꝓbatum celebre: hoc ꝓuerbiũ Socrates habuit. Quod supra nos nihil ad nos. Procumbamus igitur i terrã: & manus nobis ad præclara opa datas cõuertamus in pedes. Nihil ad nos cælũ: ad cuius cõtemplatõem sumus excitati nihil deniq; lux ipsa ptineat. Certe uictus nostri cã de cælo est: qđ si hoc sensit: nõ esse de rebus cælestibus disputandũ ne illorum qdem rõnem poterat cõpræhendere: quæ sub pedibus habebat. Quid ergo? nũ errauit i uerbis? Verisimile nõ est: sed nimirũ id sensit: quod locutus est religioni minĩe seruiendũ. Qđ si apte diceret: nemo pateret̃. Quis. n. nõ sentiat hunc mũdũ tam mirabili rõe pfectũ: aliqua ꝓuidentia gubernari? Quandoqdem nihil est qđ possit sine ullo moderatore consistere. Si do mus ad habitatore deserta dilabitur. Nauis sine gubernatore abit pessũ. Et corpus relictũ ab aĩa defluit: ne dũ putemus tãtã illã molẽ: aut construi sine artifice: aut stare sine rctore tandiu potuisse. Qđ si publicas illas religiões uoluit euertere: nõ iprobo: qn ẽt laudabo: si ipse qđ ẽ melius iuenerit. Verũ idẽ p canẽ & anserẽ deierabat. O hoĩem scurrã (ut ait zeno epicureus) ieptũ: pditũ despatum: si cauillari uoluit religiõem dementẽ. Si hoc serio fecit: ut aĩal turpissimum pro deo haberet. Quis iã supstitiones ægyptiorũ audeat reprehendere: quas Socrates Athenis auctoritate cõfirmauit sua? Illud uero nonne summæ uanitatis: q ante mortẽ familiares suos rogauit: ut Aesculapio gallum quem uouerat: ꝓ se sacrarent? Timuit uidelicet ne apud Rhadamantum receptorem uoti reus fieret ab æsculapio. Dementissimum hominem putarem: si morbo affectus perisset. Cum uero hoc sanus fecerit: est ipse insanus: qui eum putet esse sapientem. En cuius tpibus natum esse se homo sapiens gratuletur.

Q d Plato didicerit a Socrate ea:q̄ si obtieret hūani generis piret societas. Cap.xxi.

u Ideamus tñ quid illum Socrates docuerit:q cū totam physicā repudiasset:eo se cōtulit:ut de uirtute atq; officio quæreret:Itaq; non dubito quin auditores suos iustitiæ præceptis erudierit. Docēte igitur Socrate nō fugit Platonē iustitiæ uim in æqtate cōsistere. Siqdem oēs pari cōditione nascūtur. Ergo inqt nihil priuati ac proprii habeant:sed ut pares esse possint:qd iustitiæ rō desiderat:oia in cōe possideant. Ferri hoc potest:q̄diu de pecunia dici uidetur. Q d ipsum q̄ ipossibile sit & q̄ iniustum:poterā multis rōibus ostendere. Concedamus tamen ut possit fieri. Oēs.n.sapientes erunt:& pecuniā contemnet. Q uo ergo illū communitas ista pduxit? Matrimonia quoq; inquit communia esse debebunt .s. ut ad eandem mulierem multi uiri tanq̄ canes confluant:& is utiq; obtineat:qui uiribus uicerit. Aut si sapientes ut philosophi: expectent ut uicibus tanq̄ lupanar habeant. O mirā Platonis æquitatem. Vbi est igitur uirtus castitatis? ubi fides coniugalis? quæ si tollas:oīs iustitia sublata est:at idē dixit beatas ciuitates futuras fuisse si aut philosophi regnarent:aut reges philosopharēt. Huic ergo tam iusto:tam æquo uiro regnum dares:qui aliis sustulisset sua : aliis cōdonasset aliena: pstituisset pudicitiā mulierum:quæ nullus unq̄ non mō rex: sed ne tyrannus quidem fecit:quam uero intulit rationem pessimi huius consilii:sic inbuit. Ciuitas concors erit:& mutui amores constructa uinculis:si oēs omnium fuerit & mariti & patres:& uxores:& liberi:quæ ista confusio generis humani est? Q ūo seruari potest caritas:ubi nihil est certū:quod ametur? quis aut uir mulierem:aut mulier uirū diliget :nisi habitauerint semper una:nisi deuota mens & seruata inuicem fides indiuiduā fecerit caritatem? quæ uirtus in illa promiscua uoluptate locum non habet? Item si oēs oīum liberi fuerint:quis amare liberos tanq̄ suos poterit:cum suos esse aut ignoret: aut dubitet? quis honorem tanq̄ patri deferet:cum unde natus sit nesciat? Ex quo fit:ut non tm̄ alienum pro patre habeat:sed etiam patre pro alieno:quid q, uxor potest esse cōis:filius uero non potest? quem concipi non nisi ex uno necesse est. Perit ergo illi uni communitas ipsa reclamante natura. Supest ut tantummodo concordiæ causa uxores uelint esse cōes. Vt nulla uehementior discordiarum est causa:q̄ unius fœminæ a multis maribus appetitio. In quo Plato si ratione non poterat:exemplis certe potuit admoneri & mutorum aīalium quæ ob hoc uel acerrime pugnant: & hominum qui semper ob eam rem grauissima inter se bella gesserunt.

Socrates
Plato
Erratum primum
Erratum secūdum
Erratum tertium

Q od dogma Platonis non erat nisi criminis fons & fomes:& uirtutem omnium exterminium. Ca.xxii.

r Estat ut communio ista nihil aliud habeat præter adulteria & libidines propter quas funditus euertendas est uirtus uel maxime necessaria. Itaq; nō iuenit concordiā quam quærebat:qa non uidebat unde oriatur. Nam iustitia in extra positis nihil momenti habet:nec in corpe quidem sed tota in hois mente uersatur. Q ui ergo uult hoīes adæquare:non matrimonia:non opes subtrahere debet:sed arrogantiam:supbiam:tumorem:ut illi potentes & elati pares esse se etiam mendacissimis sciant. Detracta.n.diuitibus insolentia & inquitate:nihil intererit utrum ne alii diuites: alii pauperes sint:cum animi pares sint:quod efficere nulla alias res præter religiōem dei pōt. Pueauit igitur se iuenisse iustitiam:cum eam prorsus euerteret:quia non rerum fragilium:sed mentium debet esse communitas. Nam si iustitia uirtutum oīum est mater cum illæ singulæ tolluntur:ipsa subuertitur. Tulit aūt Plato ante omnia fragilitatem:quæ utiq; nulla est:ubi proprii nihil habetur. Tulit abstinentiam:siqdem nihil su

erit quo abstineatur alienũ. Tulit tempãtiã: tulit castitatẽ: quæ uirtutes ĩ utroq; sexu maxime sunt. Tulit uerecũdiã: pudorẽ & modestiã: si honesta & legitima esse incipiũt quæ solent flagitiosa & turpia iudicari. Sic uirtutẽ cũ uult oĩbus dare: oĩbus ademit. Nã rerũ ꝓprietas: & uitiorũ: & uirtutũ materiã continet. Communitas ãt nihil aliud q̃ uitiorũ licentiam. Nã uiri qui multas mulieres habent: nihil aliud dici possunt: q̃ luxuriosi ac nepotes. Itẽ mulieres quæ a multis habentur nõ utiq; adulteræ: qa certũ mrĩmoniũ nullũ est: sed ꝓstitutæ ac meretrices sunt necesse ẽ. Redegit ergo humanã uitã ad similitudinẽ nõ dico mutorũ sed pecudũ ac bæluarũ. Nam uolucres pene oẽs faciũt matrimonia: & paria iungũtur: & nidos suos tanq̃ genitales toros cõcordi mente defẽdunt: & fœtus suos qa certi sunt: amant: & si alienos obieceris abigũt. At hõ sapiens cõtra morẽ hoĩum: cõtraq; naturã stultiora sibi quæ sequeretur: elegit. Et qm̃ uidebat in cæteris aĩalibus officia mariũ fœminarũq; nõ esse diuisa: existimauit oportere et mulieres militare: & consiliis publicis interesse: & magistratus gerere: & imperia suscipe. Ita q; his arma & equos assignauit. cõsequens est ut lanã & telã uiris infantiũ gestationes. Nec uidit ĩpossibilia esse quæ diceret: ex eo: q, adhuc in orbe terræ neq; tã stulta: neq; tam uana ulla gens extiterit: quæ hoc modo uiueret.

De minoribus philosophis: & quatenus inuicem ratione ex rerũ contẽptu ꝓficiant: & erroris assertores sint. Ca. xxiii.

c Vm igit̃ in tanta uarietate ipsi philosophorũ prĩcipes deprehẽdãtur: qd illos minores putabimus: q nunq̃ sibi tã sapiẽtes uideri solẽt: q cũ pecũiæ cõtẽptu gloriantur? Fortis aĩus. Sed expecto qd faciãt: & quo ille cõtemptus euadat. Tradita sibi a parẽtibus patrimonia: tanq̃ malũ fugiũt ac deserũt. Et ne ĩ tẽpestate naufragiũ faciant in tranqllo se ultro præcipitãt. Non uirtute sed ꝑuerso metu fortes: sicut illi q cum timent ne ab hoste iugulentur: ipsi se iugulãt: ut mortẽ morte deuitent. Sic isti unde possent gloriã liberalitatis acquirere: sine honore: sine gratia ꝑdunt. Laudatur Democritus q; agros suos dereliquerit: eosq; pascua publica fieri passus sit. Probarem si donasset. Nihil aũt sapienter fit: qd̃ si ab oĩbus fiat: ĩutile est ac malũ. Sed hæc negligentia tolerabilis. Quid ille q patrimoniũ in nũmos redactũ effudit ĩ mare? Ego dubito utrũ ne sanus an demẽs fuerit. Abite inqt in ꝓfundũ malæ cupiditates: ego uos mergã: ne ipse mergar a uobis. Si tantus pecuniæ contẽptus ẽ: fac illã beneficiũ: fac humanitatẽ: largire paupibus. Potest hoc qd̃ ꝑditurus es: multis succurrere: ne fame aut siti: aut nuditate moriantur. Imitare insaniã saltẽ furorẽq; Tuditani: sparge populo diripienda. Potes & pecuniam effugere: & tñ collocare: qa saluum est quicquid pluribus profuit. Zenonis aũt paria peccata qs ꝓbat? Sed omittamus id: qd̃ est ab oĩbus semper irrisũ Illud satis est ad coercendum furiosi hoĩs errorẽ: qa inter uitia & morbos misericordiã posuit. Adimit nobis affectũ: quo rõ humanæ uitæ pene oĩs continetur. Cum. n. natura hoĩs ĩbecillior sit: q̃ cæterorũ aĩaliũ: quæ uel ad præferendã uim tpum: uel ad incursiones a suis corporibus arcẽdas: naturalibꝰ munimentis ꝓuidentia cælestis armauit. Hoĩ aũt quia nihil istorũ datũ est accæpit ꝓ istis oĩbus miserationis affectum: q plane uocatur humanitas: qua nosmet inuicẽ tueremur. Nã si hõ ad cõspectum alterĩꝰ hoĩs efferaretur: qd̃ facere uidemus aĩantes: quarum natura soliuaga est: nulla esset hoĩm societas nulla urbiũ cõdendarũ uel cura uel rõ. Sic neq; uita qdem satis tutta: cũ cæteris aĩalibus exposita esset imbecillitas hoĩum: & ipsi inter semetipsos bæluarum more sæuirẽt Nõ minor in aliis dementia. Quid enim dici potest de illo: qui nigram dixit esse niuem, q̃ consequens erat ut etiam picem albam esse diceret. Hic est ille qui se iccirco natum

Democritus

Tuditanus

Xenophanes esse diceret: ut cælũ ac solẽ uideret: qui in terra nihil uidebat sole lucente. Xenophanes dicentibus mathematicis orbẽ lunæ duo de uiginti partibus maiorẽ eẽ q̃ terrã: stultissime credidit. Et q huic leuitati fuit cõsentaneũ: dixit intra cõcauum lunæ sinũ esse aliam terrã: & ibi aliud genus hoĩum simili mõ uiuere: quo nos in hac terra uiuimus. Habent igitur illi lunatici hoĩes alterã lunã: quæ illis nocturnũ lumen exhibeat: sicut hæc exhibet nobis. Et fortasse hic noster orbis alterius inferioris terræ luna sit. Fuisse Seneca inter stoicos ait: q deliberaret utrũ ne soli quoq; suos populos daret inepte. s. q dubitauerit. Q uid. n. pderet si dedisset? Sed credo calor deterrebat. ne tantã multitudinẽ piculo cõmitteret: ne si æstu nimio pissent: ipsius culpa euenisse tanta calamitas diceretur.

De ãtipodibus: quos iõ eẽ finxerũt: qa opinati sũt mũdũ eẽ rotũdũ. Ca. xxiiii.

q Vid illi q eẽ cõtrarios uestigiis nostris antipodas putãt? Nũqd aliqd loquũt? Aut est quisq̃ tã ineptus: q tradit esse hoĩes: quorũ uestigia sint supiora q̃ capite? Aut ibi quæ apud nos iacẽt uniuersa: pẽdere fruges & arbores deorsũ uersus crescere: pluuias & niues & grãdines sursum uersus cadere in terrã. Et miratur aliquis hortos pensiles iter septẽ mira narrari: cũ philosophi & agros: & maria: & urbes: & montes pensiles faciãt? Huius quoq; erroris aperienda nobis origo est: Nã sp eodẽ mõ fallũtur. Cũ. n. falsum aliqd in principio sũpserint: uerisimilitudine iducti necesse est eos in ea quæ consequuntur currere. Sic incidũt in multa ridicula: qa necesse est falsa eẽ quæ rebus falsis cõgruunt. Cũ aũt primis habuerint fidẽ: qualia sunt ea quæ sequũtur non circũspiciunt: sed defendũt oĩ mõ: cũ debeãt prima illa utrũ ne uera sint an falsa ex cõsequentibus iudicare. Quæ igitur illos ad antipodas rõ perduxit. Videbant siderum cursus in occasũ meantiũ. Solẽ atq; lunã in eandẽ partem semper occidere: atq; oriri semp ab eadem. Cum aũt nõ pspicerẽt quæ machinatio cursus eorum temperaret: nec quomodo ab occasu ad orientem remeat. Cælum aũt ipsum in omnes partes putarent esse deuexum. Q uod sic uideri propter immensam latitudinem necesse est. Existimauerunt rotundum esse mundum sicut pilam: & ex motu siderum opinati sunt cælũ uolui: sic astra solemq; cũ occiderint uolubilitate ipsa mũdi ad ortũ referri. Itaq; æthereos orbes fabricati sunt: quasi ad figuram mundi eosq; cælarunt portentosis quibusdam simulacris: quæ astra esse dicerent. Hanc igit' cæli rotunditatem illud sequebatur: ut terra in medio sinu eius esset inclusa. Q uod si ita esset: terrã ipsam globo similẽ. Neq;. n. fieri posset: ut non esset rotundum: quod rotundo teneretur. Si autem rotunda etiã terra esset: necesse est ut in omnes cæli partes eandem faciem gerat: idest montes erigat: campos tendat: maria consternat. Q uod si esset: sequebat' illud extremum: ut nulla sit pars terræ quæ non ab hoĩbus cæterisq; animalibus incolatur. Sic pendulos istos antipodas cæli rotunditas adinuenit. Q uod si quæras ab his qui hæc portenta defendunt: quomodo non cadunt omnia in inferiorem illam cæli partem? Hanc respondet rerum esse naturam: ut pondera in medium ferant': & ad medium conuexa sint oĩa: sicut radios uidemus in rota. Q uæ autem leuia sunt ut nebula: fumus: ignis: a medio deferantur: ut cælum putant. Q uid dicam de his nescio: qui cum semel aberrauerint: constanter in stultitia perseuerant. & uanis uana defendunt: nisi q eos interdum puto ioci causa philosophari: aut prudentes & scios mendacia defendenda suscipere: quasi ut ingenia sua in malis rebus exerceant uel ostendant. At ego multis argumentis probare possem nullo modo fieri posse: ut cælum terra sit inferius: nisi & liber iam concludendus esset & adhuc aliqua restaren: quæ magis sint præsenti operi necessaria: & quoniam singulorũ errores percurrere non est unius libri opus: satis sit pauca enarrasse: ex qb⁹ possint

Erratum primum

qualia sint cætera intelligi.

Quot & quanta prædicenda sunt: & alias necessaria gentiliter philosophantibus: ut philosophiam nullus assequatur aut rarus. Ca.xxv.

n Vnc pauca nobis de philosophia in cōi dicenda sunt: ut confirmata cā perore-mus. Sūmus ille noster Platonis imitator existimauit philosophiā nō esse uulgarem: ꝙ eā non nisi docti hoies assequi possent. Est inquit philosophia paucis contenta iudicibus: multitudinem consulto ipsa fugiens. Non est ergo sapia si ab hominū cœtu abhorret. Q m̄ igitur sapientia si hoi data est: sine ullo discrimine oibus data est: ut nemo sit ꝓrsus qui eam capere non possit. At illi uirtutem humano generi datā sic amplexantur: ut soli oium publico bono frui uelle uideantur: tā inuidi q̄ si uelint de ligare oculos: aut effodere cæteris ne solem uideant. Nam quid est aliud hoibus negare sapiam: q̄ mentibus eorū uerū ac diuinū lumen auferre? Q d' si natura hois sapiæ capax est oportuit opifices & rusticos: & mulieres: & oēs deniq; qui humanam formam gerūt doceri ut sapiant populumq; ea oi lingua: & conditione: & sexu: & ætate conflari. Maximum itaq; argumentū est: philosophiam neq; ad sapiam tendere neq; ipsam esse sapientiam: ꝙ mysterium eius barba tm̄ celebratur & pallio. Senserunt hoc adeo stoici: qui & seruis & mulieribus philosophandum esse dixerunt. Epicurus quoq; qui rudes oium litterarum ad philosophiam inuitat. Item Plato qui ciuitatem de sapientibus uoluit cōponere. Conati qdem sunt illi facere qd' ueritas exhibebat. sed non potuit ultra uerba ꝓcedi. Primum qa multis artibus opus est: ut ad philosophiam possit accedi. Discende litteræ istæ cōes pp usum legendi: quia in tanta rerū uarietate nec disci audiendo possunt oia nec memoria contineri. Grammaticis quoq; non parum operæ dandum est: ut rectam loquendi rationem sciat. Id multos annos auferat necesse est: Nec oratoria quidē ignoranda est: ut ea quæ didiceris: proferre atq; eloqui possis. Geometria quoq; ac musica & astrologia necessaria est: ꝙ hæ artes cum philosophia habent aliquam societatem: quæ uniuersa perdiscere neq; fœminæ possunt: qbus intra puberes annos officia mox usibus domesticis profutura discenda sunt. Neq; serui quibus per eos annos uel maxime seruiendum est: quibus possunt discere: neq; pauperes. aut opifices: aut rustici: quibus indiem uictus labore est quærendus. Ob eam causam Tullius ait abhorrere a multitudine philosophiam. At enim rudes Epicurus accipiet. Quomodo ergo illa quæ de principiis rerum intelligunt: quæ perplexa & inuoluta uix etiam politi homines assequuntur? In rebus igitur obscuritate implicitis: & ingeniorum uarietate cōfusis: & eloquentiam uirorum exquisito sermone fucatis: quis imperito ac rudi locus est? Denique nunq̄ ullas mulieres philosophari docuerunt: præter unam ex omni memoria Themisten. Neq; seruos præter unum Pythagoram: quem male seruientem redemisse ac docuisse tradunt. Enumerant etiam Platonem ac Diogenem: qui tamen serui non fuerūt sed his seruitus euenerat: sunt enim capti. Platonem quidem redemisse Aniceris quidā traditur sestertiis octo. Itaq; insectatus est conuitiis redemptorem Seneca: ꝙ Platōem paruo æstimauerit. Furiosus ut mihi quidem uidetur: q homini fuerit iratus: ꝙ non multam pecuniam perdidit: scilicet aurum appendere debuit tanq̄ pro mortuo Hectore: aut tantum ingerere nummorum: quantum uenditor non poposcit? Ex barbaris uero nullum præter unum Anacharsim scytham: qui philosophiam ne somniasset quidem: nisi & linguam & litteras ante didicisset.

Tullius auctor

Thēistes Pythagoras

Quod doctrina cælestis sapientiā sola largitur: quam: natura cōis appetit: & q̄rēs philosophiā nō inueuit. Et q̄ efficax sit lex dei: & ecclesiæ sacraméta. Cap.xxvi.

q Vod ergo illi poscẽte natura faciendũ eẽ senserunt. Sed tamẽ neq; ipsi facere potuerũt: neq; a philosophis fieri posse uiderũt. Sola hoc efficit doctrina cæle stis: quæ sola sapiẽtia ẽ. Illi scilicet psuadere cuiq̃ potuerũt qui nihil psuadẽt ẽt sibi? Aut cuiusq̃ cupiditates opprimẽt: irã tẽpabũt libidinẽ coercebũt cũ ipsi & cedãt uitiis: & fateãtur plus ualere naturã? Dei aũt præcepta: qa & simplicia & uera sunt quãtũ ualeãt in aĩs hominũ: quotidiana expimẽta demõstrant. Da mihi uirũ: qui sit iracũdus: maledicus: effrenatus: paucissimus dei uerbis: tã placidũ q̃ ouẽ reddã. Da cupidũ. auarũ: tenacẽ. Iam tibi eũ liberalẽ dabo: & pecuniã suã propriis manibus largientẽ. Da timidum doloris ac mortis. Iam cruces & ignes: & pericula: & taurũ cõtemnet. Da libidinosum: adulterũ: ganeonẽ. Iam sobriũ. castum: continentẽ uidebis. Da crudelem & sãguinis appetentẽ. Iam in ueram clæmentiã furor ille mutabitur. Da iniustũ insipientẽ peccatorẽ cõtinuo & æquus & prudẽs & innocẽs erit. Vno eni lauacro malitia oĩs abolebitur. Tanta diuinæ sapientiæ uis est: ut in hominis pectus infusa: matrẽ delictorũ stultitiã uno simul impetu expellat. Ad quod efficiendũ: nõ mercede: nõ libris: nõ lucubrationibus opus est: Gratis ista fiunt: facile: cito: mõ pateant aures: & pectus sapientiam sitiat. Nemo uereatur: nos aquã nõ uendimus: nec solẽ mercede præstamus: Dei fons uberrimus atq; plenissimus patet cunctis: & hoc cæleste lumen uniuersis oritur: quicũq; oculos habẽt. Num quis hæc philosophorũ aut unq̃ præstitit: aut præstare si uelit potest? Qui cũ ætates suas in studio philosophiæ cõterãt: neq; aliũ quenq̃: neq; seipsos si natura paululũ obstitit: possunt facere meliores: Itaq; sapiẽtia eorũ ut plurimũ efficiat: nõ excidit uitia: sed abscõdit. Pauca uero dei præcepta sic totũ hominẽ imutant & exposito uetere nouum reddunt: ut non cognoscas eundem esse.

Quod philosophi sæpe recte præcipiunt & interdũ uident uerũ. Et quare nõ sit eis credendum: in quo solo nitatur cõditio naturæ. Cap. xxvii.

q Vid ergo? Nihil ne illi simile præcipiũt? Immo pmulta: & ad uerũ frequenter accedũt. Sed nihil ponderis habẽt illa pcepta: quia sunt hũana: & auctoritate maiori idest diuina illa carẽt. Nemo igitur credit qa tã se hoiem putat eẽ q au dit q̃ est ille qui præcipit. Præterea nihil apud eos certi est: nihil qd a sciẽtia ueniat. Sed cũ oĩa cõiecturis agãtur: multa etiã diuersa & uaria pferantur: stultissimi est hominis præceptis eorũ uelle parere quæ utrũ uera sint an falsa dubitabit. Et ideo nemo paret qa nemo uult ad incertũ laborare. Virtutẽ esse stoici aiunt quæ sola efficiat uitã beatã: Nihil põt uerius dici. Sed qd si cruciabitur aut dolore afficietur? Poterit ne quisq̃ inter carnifices beatus eẽ? Immo uero illatus corpi dolor materia uirtutis est. Itaq; ne in tormẽtis qdẽ miser est. Epicurus multo fortius sapiẽs inquit semp beatus est: & uel inclusus in Phalaridis tauro hãc uocẽ emittet: Suaue est & nihil curo: quis eũ nõ irriserit? Maxime q hõ uoluptarius psonã sibi uiri fortis imposuit & quidẽ supra modũ. Nũ enĩ fieri põt: ut quisq̃ cruciatus corpis pro uoluptatibus ducat. cũ satis sit ad officiũ uirtutis implendũ pferre ac sostinere. Quid dicitis stoici? Quid tu Epicure? Beatus ẽ sapiẽs ẽt cũ torquetur. Si pter gloriã: patiẽtia nõ fruetur. In tormẽtis eni fortasse morietur: Si pter memoriã: aut nõ sentiet si occidũt animæ: aut si sentiet: nihil ex ea cõsequetur Quis ergo alius fructus est in uirtute? Quæ beatitudo uitæ: ut æquo animo moriatur? Bonum mihi affertis unius horæ aut fortasse momẽti: pter qd nõ expediat in tota uita miseriis & laboribus confisci. Quantum autem temporis mors occupat: quæ cũ uenit utrum æquo animo an iniquo eã subieris iam nihil refert. Ita fit ut nihil aliud ex uirtute captetur nisi gloria. Sed hæc aut superuacua & breuis est aut prauis hominũ iudi

ciis non sequetur. Nullus igitur ex uirtute fructus est: ubi uirtus mortalis est & caduca. Itaq; q haec locuti sunt: unbrã quandam uirtuis uiderũt: ipsam uirtutẽ nõ uiderunt Deflexi enĩ fuerũt in terrã: nec uultus suos in altũ erigebãt: ut eã possent intueri: quae se se caeli religionibus ostendebat. Haec cã ẽ cur praeceptis eorũ nullus obtẽperet: quoniã aut ad uitia erudiũt: si uolupratẽ defendũt: aut si uirrutẽ asserũt: neq; peccato poenã minãtur nisi solus turpitudinis neq; uirtuti ullũ praemiũ pollicẽtur: nisi solitus honestatis & laudis: cũ dicãt nõ propter aliud: sed propter seipsam expetẽdã eẽ uirtutẽ. Beatus est igitur sapiẽs in tormẽtis sed cũ torquetur pro fide: pro iustitia: pro deo illa patiẽtia doloris beatissimũ faciet. Est enĩ deus qui solus potest honorare uirtutẽ: cuius merces immortalitas sola est: quã qui nõ appetũt: nec religionẽ timent: cui aeterna subiacet uita. Profecto neq; uirtutis uim sciũt: cuius praemiũ ignorat in caelum spectãt qd ipsi se facere putãt cũ res nõ inuestigabiles quaerũt quia rõ in caelũ spectãdi nulla alia est nisi aut religionẽ suscipere: aut hãc aiam suã immortalẽ esse credere. Quisquis enĩ aut deũ colẽdũ eẽ intelligit: aut immortalitatis spẽ sibi propositã habet: mẽs eius in caelo est. Et licet id nõ aspiciat oculis: aiae tamẽ lumine aspicit. Qui aũt religionẽ nõ suscipiũt: terreni sũt: quia religionẽ de caelo est. Et qui aiam putãt cũ corpe interire: aeque in terrã spectãt quia ultra corpus qd est terra nihil amplius uidẽt: qd sit imortale. Nihil igitur prodest hoiem esse fictũ: ut recto corpore spectet in caelũ: nisi erecta mente deum cernat: & cogitatio eius in spe uitae perpetuae tota uersetur.

Qd fortuna nihil ẽ: quã philosophi nõ mõ deã: sed deũ mẽtiũtur Et quõ hũc errorẽ daemones imiserint eis: qui deũ nesciebãt: aut cõtẽnebant. Cap. xxviii.

Qua ppter nihil aliud est in uita: quo rõ: quo cõditio nostra nitatur: nisi dei qui nos genuit agnitio: & religiosus ac pius cultus. Vnde quoniã philosophi ab errauerũt: sapiẽtes utiq; nõ fuerũt. Quaesierũt illi quidẽ sapiẽtiã: sed quia non rite quaerebãt: prolapsi sunt longius: & in maximos errores inciderũt: ut etiã cõem sapientiã nõ tenerẽt. Nõ enĩ tãtũ religionẽ asserere uoluerũt: uerũ etiã sustulerũt: dum specie uirtutis falsae inducti: conãtur aios omni metu liberare: quae religionis euersio naturae nomẽ inuenit. Illi enĩ cũ aut ignorarẽt a quo esset effectus mundus: aut persuadere uellent nihil esse diuina mentae perfectũ: naturã eẽ dixerũt rerũ omniũ matrẽ: quasi dicerent oia sua sponte esse nata quo uerbo plane imprudẽtiã suã cõf tentur. Natura enĩ remota prouidentia & potestate diuina prorsus nihil ẽ. Quod si deũ naturã uocãt: quae peruersitas est naturã potius q̃ deũ nominare? Si aũt natura rõ est uel necessitas uel cõditio nascẽdi nõ est per seipsum sensibilis: quia necesse ẽ mentẽ esse diuinã: quae sua prouidentia nascendi principium rebus omnibus praebeat. Aut si natura ẽ caelum atq; terra: & omne quod natum est non est dei natura sed dei opus. Non dissimili errore credũt esse fortunam: quasi deam quandam res humanas uariis casibus illudentem: quia nesciunt unde sibi bona & mala eueniant: Cum hac se compositos ad praeliandum putant nec ullam tamen rationem reddunt a quo & quam ob causam: sed tantum cum fortuna se digladiari monumentis omnibus gloriantur. Iam quicunque alios consolati sunt ob interitum amissionemq; carorum: fortunae nomen acerrimis accusationibus prosciderunt nec omnino ulla eorũ disputatio de uirtute est: in qua non fortuna uexetur. M. Tullius in sua consolatione pugnasse se semper cõtra fortunã loquitur: eamq; a se esse superatam cũ fortiter inimicorũ impetus retulisset: nec tũ quidẽ se ab ea fractum: cum domo pulsus patria caruit. Tum autem cum amiserit carissimã filiam: uictũ se a fortũa turpiter cõfitetur. Credo inquit & manum tollo: Quid hoc homine miserius: q sic ia M.T.

tatur mala mẽs esse: qui fidẽ seruare conãtur. In carnificibus autem bona: in his ne ma la mens est: qui cõtra ius humanitatis: cõtra fas omne lacerãtur? An potius in his: qui ea faciunt in corporibus innocẽtium: quæ nec sæuissimi latrones: nec iratissimi hostes: nec inanissimi barbari aliquando fecerunt. Adeo ne etiam sibi mentiũtur: ut uicissim bo ni ac mali nomina transferant: & immutentur? Quid ergo? Num diem noctem uocant solem tenebras? Alioquin eadem imprudentia est bonis malorum nomen imponere: sapientibus stultorum: iustis impiorum: quinimmo siqua illis fiducia est: uel in philoso phia: uel in eloquentia arment se: ac refellant hæc nostra. Si possunt congrediantur co minus: & singula quæq; discutiant. Decet eos suscipe͛ defẽsionem deorum suorum: ne si nostra inualuerint (ut quotidie inualescunt) cũ de lubris suis ac ludibriis deserantur. Et quoniam nihil possunt. Augetur enim illis religio dei quanto magis premiti͛: ratiõe potius & hortamentis agant. Procedunt in medium põtifices: seu minores seu maximi flammines: augures. Item reges sacrificioli: quisq; sunt sacerdotes: & antistites religio nũ. Conuocẽt nos ad cõcionẽ: cohortẽtur: nos ad suscipiendos cultus deorũ: persuade- ant multos esse quorũ munere ac ꝓuidentia regantur omnia: ostendant origines & ini tia sacrorũ ac deorũ: quo mõ sint mortalibus tradita qui fons quæ ratio sit explicent: ꝓ- ferãt: quæ merces in cultu: quæ pœna in contẽptu maneat: quare ab hoibus se coli ue- lint: quid illis si beati sunt humana pietas conferat. Quæ oia nõ asseueratione propria: nec eni ualet quicq̃ mortalis hoĩs auctoritas sed diuinis aliquibus testimoniis cõfirmẽt sicut nos facimus. Non est opus ui & iniuria: quia religio cogi nõ põt: uerbis potius q̃ uerberibus res agenda est ut sit uoluntas distringant aciẽ oculorũ suorũ. Si ratio eo- rũ uera est: afferatur: pari sumus audire: si doceãt: tacẽtibus certe nihil credimus. Imitẽ tur nos: ut rõnẽ totius rei exponãt: sicut non sẽtiẽtibus quidẽ credimus. Hos eni nõ illici mus (ut ipsi obiectãt) sed docẽus ꝓbãus. ostẽdimus. Itaq; nemo a nobis retinẽtur inui tus. Inutilis est eni deo: qui fide ac deuotiõe caret. Et tñ nemo discedit ipsa ueritate reti nẽte. Doceãt isti hoc mõ siqua illis fiducia ueritatis est. loquãtur: discant: audeãt inquã disputare nobiscũ aliquid eiusmodi. Iã ꝑfecto ab aniculis: quas cõtemnũt: & a pueris nostratibus erroror illorũ ac stultitia ridebitur. Cũ enim sint peritissimi: deorũq; ꝓge- niẽ & res gestas & imperia: & interitus: & sepulchra de libris nouerint ipsosq; ritus qui bus sunt initiati ex rebus gestis hominũ: uel ex casibus: uel etiam ex moribus natos sci ant: incredibilis demẽtia est deos putare: quos fuisse mortales negare nõ audeãt: uel se tã imprudẽtes fuerint: ut negẽt: suæ illos ac illorũ litteræ coarguẽt: ipsa deniq; illos sa crorũ initia cõuincẽt. Sciãt igitur ex hoc ipso quãtũ interlit inter uerũ & falsũ: quando ipsi qui sunt eloquentes persuadere nõ possunt: imperiti ac rudes possunt: quia res ipsa & ueritas loquitur. Quid ergo? Sæuiunt ut stultitiam suam dum munere uolunt au- geant longe diuersa sunt carnificina & pietas nõ potest pietas cum ui: aut iustitia cum crudelitate coniungi: sed merito non audent de rebus quicq̃ docere diuinis: ne & a no- stris rideantur: & a suis deserantur. Nam forte uulgus: cui simplex incorruptumq; iu- dicium est si mysteria illa cognoscat: in memoria mortuorum constituta damnabit: ali udq; uerius quod colat quæret. Hinc fida silentia sacris constituta sunt ab hominibus callidis: ut nesciat populus quid colat. Cum aũt nos in eorũ doctrinis uersemur: cur no bis aut nostris nõ credunt qui utrunq; nouimus: aut inuident: quia falsis uerã prætuli- mus: sed defendenda sunt inquiũt publice suscæpta sacra. O q̃ inhonesta uoluntate mi seri errant. Sentiũt eni nihil esse in rebus humanis religione præstantius: eãq; sũma ui oportere defendi. Sed ut in ipsa religione: sic in defensionis genere falluntur. Defenden

da.n.religio ẽ nõ occidẽdo:sed monẽdo:nõ sæuitia:sed patiẽtia:nõ scelere: sed fide. Illa n.malorũ sũt:hæc bonorũ.Et necesse ẽ bonũ i religiõe uersari nõ malũ.Nã si sãguine: si tormẽtis:si malo religionẽ dfẽdere uelis:iã nõ defẽdet̃ illa:sed polluet̃ & uiolabitur. Nihil ẽ.n.tã nolũtariũ q̃ religio:i qua si aius sacrificantis auersus ẽ:iã sublata:iã nulla ẽ Recta igit̃ rõ ẽ:ut religionẽ patiẽtia uel morte defẽdas:i qua fides cõsecrata & ipsi deo grata ẽ:& religiõi addit auctoritatẽ.Nã si is q̃ i hac terresti militia regi suo fidẽ seruat i aliquo egregio facinore:si postea uixerit acceptior fit & clarior.Si perierit:sũmã cõseqt̃ gloriã:q̄ p duce suo morte occubuerit.Q uãto magis ipatori oium deo fides seruãda ẽ q̃ nõ tãtũ uiuẽtibus:sed & mortuis premiũ põt uirtutis exoluere.Igit̃ dei cult9 quoniã militiæ cælestis ẽ:deuotionẽ maximã fidẽq; desiderat.Q uomõ.n.deus aut amabit colẽtẽ si ipse nõ amet̃ ab eo? Aut præstabit præcãti qcq̃d orauerit:cũ ad p̃cãdũ neq; ex aio neq; obseruãter accedat? Isti ãt cũ ad sacrificandũ ueniũt:nihil initium: nihil proprium diis suis offerũt:nõ itegritatẽ mẽtis:nõ reuerẽtiã:nõ timorẽ.Peractis itaq; sacrificiis inanibus:oẽm religionẽ i tẽplo & cũ tẽplo sicut uenerãt relinquũt:nihilq; secũ ex ea neq; afferunt:neq; referunt.Inde est q̄ eiusmodi religiones nec bonos facere possũt:neq; firme ad imutabiles eẽ.Traducunt̃ itaq; ab his hoies facile quia nihil ibi ad uitam nihil ad sapiam:nihil ad fidem discitur.Q uæ est eni supstitio illorũ deorũ? quæ uis? que disciplina? que origo? que rõ? q̃d fũdamẽtũ? quæ substãtia? quo tẽdit:aut q̃ pollicet̃:ut ab hoie postit fideliter seruari fortiterq; defendi? In qua nihil aliud uideo:q̃ ritũ ad solos digitos ptinentẽ.Nostra uero religio eo firma est:& solida & imutabilis q̃a iustitiã docet: quia nobiscũ sp est:q̃a tota i aio colẽtis ẽ:q̃a mẽtẽ ipsã p sacrificio hẽt Illic nihil exigit̃ aliud q̃ sãguis pecudũ:& fumus:& iepta libatio.Hic bõa mẽs purũ pectus:inocẽs uita.Illuc ueniũt sine delectu adulteræ ipudicæ:lenæ:procaces:obscœnæ meretrices:Veniũt gladiatores latrões:fures uenefici:& præcãt̃ nihil aliud q̃ ut scelera ipune cõmittãt. Q uid eni latro sacrificãs:aut gladiator roget:nisi ut occidat. Q uid fœnerarius:nisi ut fallat. Q uid meretrix:nisi ut plurimũ pecet? Q uid adultera:nisi ut mortem uiri optet:aut ut sua ipudicitia celet̃? Q uid lena:nisi ut multos bõis exuat? Q uid fur:nisi ut plura rapiat̃ Hic uero ẽt leui cõmuniq; peccato locus nullus ẽ.Et si q̃s ad sacrificiũ nõ itegra cõscia uenerit:audit quæ illi deus cõminet̃:ille qui latebras cordis uidet: qui pcis sp ifestus ẽ & exigit iustitiã:q̃ fidẽ poscit:Q uis huic malæ mẽti aut malæ preci locus ẽ? At illi isæli lices nec ex sceleribus suis itelligunt q̃ malũ sit q̃d colũt quãdo quidẽ flagitiis oibus in q̃nati ueniũt ad præcãdũ.& se pie sacrificare opinãt̃.Si cutẽ lauerit:tãq̃ libidinem intra pectus iclusã ulli amnes abluãt:aut ulla maria purificent.Q uãto satius est mẽtẽ potius eluere:quæ malis cupiditatibus sordidat̃ & uno uirtutis ac fidei lauacro uniuersa uitia depellere:Q d' qui fecerit:quẽlibet iquinatũ ac sordidũ corpus gerat:satis prius est.

Q uod hostes suos adorat stulta gentilitas:quorũ cultus non modo christiani:sed & philosophi & domestici cultores deorum destruunt Cap:xxi:

i Sti ãt q̃a nesciũt quid uel quo mõ sit colẽdum cæci& iprudentes incontrarium cadũt.Adorãt itaq; hostes suos:latrones & interfectores suos uictimis placant. Et aias suas cũ thure ipso cremãdas aris detestabilibus iponũt.Irascũt̃ ẽt miseri q̄ nõ similes alii peant incredibili mẽtiũ cecitate.Q uid enim uideat:q̃ solẽ nõ uidẽt:qua si uero si dii eẽnt:indigerẽt hoium auxilio uersus cõtemptores suos:quid ergo nobis irascũtur:si illi nihil possũt:nisi q̄ ipsi deos suos destruũt:de quorũ ptãte diffidunt magis inreligiosi:q̃ q̃ oino nõ colunt:Cicero in suis legibus cũ caste ad sacrificia præciperet accedere pietatẽ inq̃t adhibeto:opes amoueto.O q̃ secus faxit. Deus ipse uindex erit:Re-

ćte hoc quidē. Neq enim fas est despare de deo: quē ideo colas: quia potentem putes. Nā quo mō uindicare colentis iniuriā pōt: qui sua nō pōt Libet igit̄ ex his quærere: cui potissimū præstare se putent cogēdos inuitos ad sacrificiū. His ne quos cogūt: an nō est beneficium qd̄ ingerit̄ recusanti: sed consulendum est etiam uolentibus: quando quid bonum scit nesciunt: Cur ergo tam crudeliter uexant: debilitant: cruciant: si saluos esse uolunt. Aut unde pietas tam impia: ut eos miseris modis aut pdant: aut inutiles faciant quibus uelint esse consultum: Aut uero diis præstant: at nō est sacrificium: qd̄ exprimitur ab iuito: nisi. n. sponte atq ex animo fiat: execratio est: cum hoies proscriptione: iniuriis: carcere tormentis adacti faciunt. Si dii sunt isti: qui sic collūt̄: uel ꝑpter hoc solum colendi non sunt: q sic coli uolunt: digni scilicet detestatiōe hoīum quibus cum lachrymis: cum gemitu: cum sanguine de mēbris omnibus fluente libatur. At nos cōtra nō expetimus ut deum nostrum: qui est omnium creator: uelit: nolit: colat aliquis ĩuitus: nec si non coluerit irascimur. Cōfidimus enim maiestati eius: qui tam contemptum sui possit ulcisci: q̄ seruorū suorū labores & iniurias. Et ideo cum tam nefanda perpetimur ne uerbo quidem reluctamur. Sed deo remittimus ultionem: non ut hi faciūt: qui defensores se esse deorū suorū uideri uolūt: & seruiūt efferate aduersus nō colētes. Ex quo intelligi dat̄: q̄ nō sit bonū deos colere: quoniā bono potius adducendi homines ad bonum fuerant: nō malo. Sed quia illud malū est: etiam officium eius bono caret. At enim puniendi sunt qui destruunt religiōes. Num peius nos destruimus q̄ uario Agyptiorū: qui turpissimas bestiarum ac pecudum figuras colunt: quædam etiam pudenda dictu tanquam deos adorant. Num peius q̄ idem ipsi: qui cum deos se colere dicant tamen eos publice turpiter que derident: de quibus etiam per mimos agi: cū risu & uoluptate pariuntur. Qualis hæc religio aut quanta maiestas putanda est: quæ adoratur in templis illuditur ĩ theatris. Et qui hæc fecerit: non pœnes uiolati nominis pendunt: sed honorati etiam laudatiq discedūt. Num peius nos destruimus: q̄ quidam philosophi qui omnino nullos deos esse aiunt. Sed omnia sua sponte esse nata: omnia fortuitu fieri quæ geruntur: Num peius q̄ epicurei: qui esse quidem deos: sed curare quicquam negant: neq irasci eos: neq gratia cōmoueri: Quibus dictis utiq persuadunt colendos omnino non esse. Siquidem nec colentes respiciunt: neq non colentibus irascuntur: Preterea cum contra metus disserunt: nihil aliud efficere conantur: q̄ ut nemo deos timeat: Et hæc tamen ab hominibus & audiuntur libenter & disserūt̄ impune.

Quare maligni spiritus instingent cultores suos in persecutionem fidelium: & quare uera religio uideatur inanis. Cap. xxiii.

n On ergo ideo aduersus nos insaniunt: quia dii non colunt̄ a nobis: a multis enĩ nō colūtur: sed quia ueritas penes nos ē: quæ (ut est uerissime dictum) odium parit. Quid igr̄ existimabimus nisi nescire illos qd patiāt̄: Pergit̄ enĩ cæco & irratiōabili furore: quē nos uidemus: illi nesciunt: nō enĩ ipsi homines persequuntur: qui cām cur irascerentur: innocentibus nō habēt: sed illi spiritus cōtaminati ac perditi: quibus ueritas & nota est & inuisa: insinuant se mentibus eorū: & instigant nescios in furorem. Hi enim quandiu pax est in populo dei: iustos fugitant & pauent. Et cum corpora hominum occupant: animasq diu uexant: adiurant̄ ab his: & in noīe ueri dei fugantur Quo audito tremunt & exclamant: & uri uerberariq se testantur: & interrogati qui sint quando uenerint: quomodo in hominem irrepserint: cōfitetur: sic extorti & excruciati uirtute diuini noīs exultant: propter hæc uerba & minas: sanctos & iustos uiros sēper oderunt. Et quia per se nocere his nihil possunt: publicis eos odiis persequuntur:

quos sibi graues sentiunt: exercēt sæuitiā q̄ uiolētissime possunt: ut aut eorū fidē minu ant p dolorem: aut si id efficere nō querint: auferāt oīno de terra: ne sint q possint eorum nequitiam coercere. Nō me fugit quid respōderi ecōtrario possit. Cur ergo deus singu laris: ille magnus: quē rerum potentem: quē dominū oīum confiteris. Hæc fieri patitur nec cultores suos aut uindicat: aut tuet̄: Cur deniq; qui eum nō colunt opulenti & po tentes: & beati sunt: & honoribus regnoq; potiuntur: eosq; ipsos ditioni suæ ac potesta ti subiectos habent: Reddenda & huius rō est rei: neqd remaneat erroris. Nā i primis hæc cā ē cur existimet̄ rō dei uiui uim nō habere: q̄ iducāt̄ hoies sæpe terrenorū ac præ sentiū bonorū: quæ ad curā mentis nullo mō ptinēt: qbus quia carere iustos uident: & affluere iniustos: & dei cultū inanē arbitrant̄: in quo inesse illa nō cernūt: & deorū rit⁹ existimant ueros: quoniam cultores eorū & diuitiis: & honoribus: & regnis fruant̄: Ve rum hi q sunt in hac existimatione nō pficiunt alterius uim rōnemq; hoīs: q̄ tota nō in corpe: sed i mēte ē. Nihil.n.uident āplius: q̄ uidet̄: corpus.s. qd qa oculis manuq; tra ctabile ē ibeciliū: fragile: mortale est: cuius sūt illa oīa bona quæ cupiditati ac miracu lo sunt: opes: honores ipēria quoniā corpori afferunt uoluptates: & iō tam caduca sunt q̄ corpus ipsum. Animus uero in quo solo est hō: quoniam subiectus oculis nō ē: nec bo na eius inspici possunt quæ in sola uirtute sunt posita. & ideo tam stabilis est: & cōstās & perpetuus sit necesse est: sicut ipsa uirtus: in qua est animi bonum.

Quare deus electos suos tradita impiis potestate uexari patiatur: Cap.xxiii.

[L]ongum ē uniuersas uirtutum species pmere ut de singulis doceam q̄ necesse sit sapientē ac iustum uirum longe ab illis bonos abhorrere: quibus qui fruūt̄ ministri deorū cultus ueri: & efficaces eē credūtur: qd̄ ad præsentē ptinet quæ stionē satis est si ex una urtute id pbemus qd̄ intendimus. Nempe magna & præcipua uirtus est patiētia: quā pariter & uulgi publicæ uoces & philosophi: & oratores sum⁹ laudibus concelebrant. Qd̄ si negari pōt: quin summa sit uirtus: necesse est iustum & sapientem uirum in potestate esse hominis iniusti: ut capiat patientiam. Patientia est .n.malorū: q̄ aut iferunt̄: aut accidūt cū æquaminitate platio. Ergo iustus ac sapiēs: qa uirtutē capit: hēt in se patientiam: qua carebit oīno: si nihil patietur aduersi. Contra qui in rebus psperis agit ipatiens est & uirtute maxima caret. Impatiētē dico: quia nihil pa tit̄ innocētiā quoq; seruare pōt quæ & ipsa iusto & sapienti uiro ppria ē uirtus. Sed & nocet sæpe & cōcupiscit aliena & rapit quæ cupierit p iniuriā: qa uirtus exps uitio pec catoq; subiectus ē: & fragilitatis oblitus animo insolenter elato tumet. Inde iniusti ac deū nesciētes: & diuitiis: & potentia: & honoribus floret. Hæc.n. cūcta iniustitiæ præ mia sunt: quia & ppetua esse nō possūt: & p cupiditatem uiolentiāq; quærunt̄. Iustus uero ac sapiēs: quia illa oīa hūana sunt (ut ē a Lælio dictū) sua hona diuia idicat. nec alie nū quicquā cōcupiscit: ne quē cōtra ius humanitatis lædat oīno: nec ullā potentiā ho noremue desiderat: ne cui faciat iniuriā. Scit.n. conctos ab eodē deo & eadem cōditiōe generatos iure fraternitatis eē cōiunctos. Sed & suo contentus & paruo: quia fragili tas suæ memor nō amplius quærit: q̄ unde uitā sustentet: & ex eo ipso: qd̄ hūerit iperti tur ēt non habenti quia pius est: pietas etiā sūma uirtus est: & accidit ex eo q̄ uolupta tes caducas uitiosasq; cōtemnit: quarū cā opes appetūtur: quoniā continens est ac libi dinum uictor: & nihil timoris ac insolentiæ gerens non extollit se altius: nec erigit sup bum caput. Sed placidus & cōcors: planus: & communis est quia cōditionem suam no uit. Cum ergo iniuriam nulli faciat & nec aliena rapiat: nec sua quoq; Si auferant̄ de fendat: cū sciat ēē illatā iniuriā moderate facere: quia uirtute præditus est: necesse est iu

ſtum hominem ſubiectum eẽ:iniuſto:& contumeliis ab inſipiente affici ſapientem̃:ut & ille peccet:quia iniuſtus eſt:& hic in ſe uirtutem habeat:quia iuſtus eſt. Siquis autẽ uolet ſcire cur malos & iniuſtos deus potẽtes beatos & diuites fieri ſinat:pios cõtra hu miles:miſeros:inopes eſſe patiat̃:ſumat eũ Senecæ librũ:cui titulus ẽ. Q uare bonis ui ris multa mala accidãt:cũ ſit prudẽtia:in quo ille multa nõ plane ĩpitia ſæculari:ſed ſa piẽter ac pene diuinitus locutus. Deus ĩqt hoĩes ꝑ liberis hẽt: ſed corruptos & uitioſos luxurioſe ac delicate patit̃ uiuere:qa nõ putat emẽdatiõe ſua dignos. Bonos aũt quos di ligit:caſtigat ſæpiꝰ:& aſſiduis laboribꝰ ad uſũ uirtutis exercet:nec eos caducis ac mor talibꝰ hoĩs corrũpi ac deprauari ſinit. Vnde nemini debet mirũ uideri:ſi ꝑ nr̃is ſæpe de lictis caſtigamur adeo. Immo uero cũ uexamur ac ꝑmimur:cũ maxĩe gr̃as indulgẽtiſſi mo patri:ꝗ corruptela nr̃a nõ patit̃ lõgius ꝓcedere:ſed plagis ac uerberibus emẽdat. Ex quo intelligimꝰ nõ eẽ deo curæ:qm̃ cũ peccamus:iraſcit̃. Nã cũ poſſet populo ſuo & opes:& regna largiri. ſicut dederat añ iudæis quorum nos ſucceſſores ac poſteri ſu- mus:iccirco eẽ uoluit ſub aliena ditiõe atq̃ ĩpio degere:ne rerũ ꝓſperarũ fœlicitate cor ruptus:in luxuriã laberet̃:ac dei præcepta cõtẽneret. Sicut illi maiores nr̃i:q ſæpe terre nis ac fragillibus his bonis eñeruati:aberrauerũt a diſciplina legis uinculaq̃ rupũt ꝓ- uidit. Ergo q̃tenus cultoribus præſtaret qetẽ:ſi mãdata ſeruaſſet & tñ eos emãdaret: ſi præceptis nõ obtẽpaſſet. Itaq̃ nec tã corrũpent̃ ocio:q̃ p̃res eorũ licẽtia:premi eos ab his uoluit:ĩ quorũ manibus collocauit:ut & labãtes cõfirmet:& corruptos ad fortitudi nẽ reparat:& fictos experiat̃ ac tẽpet. Q uomõ enĩ põt ĩpator militũ ſuorũ ꝓbare uirtu tem:niſi habuerit hoſtẽ? Et illi tñ aduerſarius exurgit iuito: qa mortalis ẽ: & uinci põt. Deo aũt qa repugnari nõ põt:ipſe aduerſarios nomini tuo excitat:nõ q contra ipſũ deũ repugnet:ſed cõtra milites eius ut deuotionẽ ac fidẽ ſuorũ uel ꝓbet:uel corroboret:do nec præſuræ uerberibus defluẽtẽ corrigat diſciplinã. Eſt & alia cã cur aduerſus nos ꝑ- ſecutiões fieri ſinat:dei populus augeat̃. Nec eſt difficile mõſtrare cur aut quõ illud fi at. Primũ fugant̃ a deorũ cultoribus plurimi odio crudelitatis. Cur. n. talia ſacrificia nõ horreãt? Deinde placet q̃buſdã uirtus ac fides ipſa nõnulli ſuſpicant̃ deorũ cultũ nõ ſi- ne cã malũ putari a tã multis hoĩbus:ut emori malint q̃ id facere:q đ alii faciũt ut uiuãt Aliqui cupiũt ſcire q̃dnã ſit illud bonũ:qđ ad mortẽ uſq̃ defendit̃:quod oĩbus quæ in- uita iocũda & cara ſũt præfert̃:a quo nec bonorũ:nec lucis amiſſio:nec dolor corꝑis:nec uiſcerũ cruciamẽta deterrẽt. Valẽt hæc plurimũ:ſed illæ maxĩæ cauſæ noſtrorũ nume rũ ſemꝑ auxerũt. Audit circũſtãs populus ĩter ipſa tormẽta dicẽtes nõ ſacrificare ſe la pidibus manufactis ſed deo uiuo:q ſit ĩ celo. Multi hoc uerũ eẽ ĩtelligũt: & in pectus ad mittunt. Deinde . aut fieri ſolet in rebus ĩcertis . dum inter ſe inuicẽ quærũt: quæ ſit hu ius præſtãtiæ cũ multa quæ ad religionẽ ꝑtinent diuulgata:ac ꝑ rumorẽ uiciſſim aucu pata diſcunt̃:quæ qa bona ſunt:placeant neceſſe eſt. Præterea ultio ſecuta ſicut ſemꝑ accidit ad credendũ uehemẽter impellit. Nec q̃dẽ leuis cã eſt:ꝙ immundi dæmonum ſpiritus accæpta licentia multorũ ſe corporibus ĩmergũt: q̃bus poſtea reiectis: omnes qui reſanati fuerint:adhæreant religiõi:cuius potentiam ſenſerunt:ne tot cauſæ in unũ collatæ magnã deo multitudinẽ mirabiliter acquirunt.

Quod bonorũ tortores torquebũt̃:& malas beſtias de terra auſert deus. Ca. xxiiii.

q Vicquid ergo aduerſum nos mali principes moliuntur fieri ipſe permittit:Et ta men iniuſtiſſimi ꝑſecutores:quibus dei nomen contumeliæ ac ludibrio fuit nõ ſe putent impune laturos:quia indignationis aduerſus non eius quaſi miniſtri fuerunt. Punientur. n. iudicio dei:qui accepta ꝑtãte ſupra humanũ modũ fuerint abuſi:

& insultauerint etiā deo sup̄bius: eiusq; nomē æternū uestigiis suis subiecerint ipie nefa rieq; calcādū. Propterea uēdicaturū se eos celeriter pollicet̄ & extermiaturū bestias ma las de terra. Sed idē quis populi sui uexatiōes: & hic p̄nti soleat uidicare: tñ iubet nos ex pectare patienter illū cælestis iudicii diē: quo ipe ꝓ suis quēq; meritis: aut honorat aut puniat. Quapp nō spent sacrilegæ aīæ cōtēptos: & multos fore quos sic obterūt. Veniet rabiosis & uoracibus lupis merces sua: q iustas & simplices aīas nullis facinoribus admissis excruciauert̄. Nos tātumō laborem9: ut ab hoibus nihil alid̄ i nob̄ nisi sola iu stitia p̄uiat̄. Dem9 operā totis uirib9: ut mereāur a deo simul & ultionē passiōis & p̄miū

Lactantii Firmiani diuinarum institutionum aduersus gentes de uero cultu ad Consta tinum imperatorem liber sextus.

Quod innocentia uerissimus dei cultus est: quam rem carnalis homo corpori dedi tus nescit. Capitulum primum

Quod erat officium suscæpti muneris diuino spiritu instruente: a suf fragāte ipsa ueritate cōpleuimus. Cuius asserēdæ atq; illustrādæ cā mihi & sciam & fidē ipse dominus noster iposuit: sine quo nec sciri qcq̄ pōt nec explicari. Venio nūc ad ipsū qd̄ est sūmū opis huius: & maximū: ut doceā quo ritu: quoue sacrificio deū coli oporteat. Id.n. ē hois offm̄: i eo q; sūma rerū: & ois beatæ uitæ rō cōsistit qñ qdē ꝓ pterea facti & ispirati ab eo sumus: nō ut cælū uideremus & solē qd̄

Anaxagoras Anaxagoras putauit Sed ut artificē solis & cæli deū pura & integra mente coleremus Quāuis āt præcedentibus libris ꝓ ingenii mediocritate desēderim ueritatē tamē ex ri tu quoq; ipso eluere uel maxime pōt. Nihil.n. sancta & singularis illa maiestas aliud ab hoie desiderat: q̄ solā inocētiā: q si qs obtulerit d̄o: satis pie religioseq; litauit. Hoies āt neglecta iustitia: cū sint oibus flagitiis ac sceleribus inqnati: religiosos se putāt: si tē pla ac aras hostiarū sanguine cruentauerint: si foco adorauerint: ac ueteris uini p̄fusiōe madefecerint. Quinetiā sacras dapes apparāt: & exqsitas epulas quasi aliqd ide habi turi offerūt. Quicqd aspectu earū: qcqd ope aut odore precisū ē: & hæc grata esse diis suis nō ex aliqua diuinitatis ratione: quā nesciūt: sed ex suis cupiditatibus iudicāt: nec itelligūt terrenis opibus deū nō idigere. Nihil.n. sapiūt nisi terrā: bonaq; & mala soli9 corpis uoluptate ppendūt. Huius arbitrio ut religionē ponderāt sic totius uitæ suæ ac ta disponūt. Et quoniā se semel a cæli cōteplatiōe auerterūt: sensumq; illū cælestē cor pori mācipauerunt: libidinibus frena pmittunt: tāq̄ secū ablaturi uoluptatē: quā mo mētis oibus capefestinant: cum aius ministerio corpis: nō corpus ministerio animi uti debeat. Idē maximum iudicant opes: quasi bonis artibus assequi nō p̄nt: malis assequū tur: fraudant: rapiunt: spoliant: insidiant̄: abiurat. Nihil deniq; moderati aut pēsi habēt dummō auro corruscēt: argēto: gēmis: uestibus fulgeant: auidissimo uentri opes inge rant: stipati familiarum gregibus ꝑ domitum populū semp incedant. Sic addicti & ser uiētes uoluptatibus: uim uigorēq; mētis extingunt: & cum uiuere se maxie putant: ad mortem concitatissime properant. Nam sicut in secundo libro docuimus: cæli ratio in aīo terre autē in corpore est: quia bona negligunt animi corporis appetunt: i tenebris ac morte uersant̄: quæ sunt terræ atq; corporis: quia uita & lumē de cælo ē: cuius quo niam exptes sunt corpori seruiēdo: lōge absunt ab intellectu rerū diuinarum. Eadē mi seros ubiq; cæcitas premit sicut qui sit uerus deus ita q sit uerus cultor ignorant.

Quod deus nec esurit: nec sitit: nec in tenebris est: ut ei oporteat hostias immolari: aut uina offerri: uel lumina. Et quare hæc offerant diis gentium quæ fidem rectam

& ueram innocentiam offerre nesciunt: i quibus consistit dei cultus. Et q intra omnia quæ ad cultum dei pertinent: præstantissimum est homines ad ueritatem & iusticiam erudire. Et quare nolit ab elementis incipere. Ca.ii.

Mactāt igit opimas & pigues hostias deo: quasi esurienti: pfūdunt uina tāq sitiē ti accēdūt lumina uelut i tenebris agēti. Q d si suspicari aut pcipe aio possēt q sunt bona illa cælestia: quorū magnitudinē terreno adhuc corpore obuoluti sen su cape nō possumus: iā secū his officiis inanibus stultissimos eē cognoscāt: uel si cæle ste lumen qd dicimus solē cōtēplari uelint: iam qa nō indigeat lucernis eorū deus: q ip se in usum hois tā cādidā lucē dedit: & tamē cū in tam paruo circulo: q pter longinq tatē nō āplius q hūani capitis uidet hrē mēsurā: tantū sit fulgoris: ut eū mortaliū lumi nū acies nō queat cōtueri: & si paulisp itēderis oculos: caligo ac tenebræ consequantur. Q uid tandem luminis: quid claritatis apud ipsū deū: penes quē nulla uox ē: eē arbitre mur: q hāc ipsā lucē sic moderatus ē: ut neque nimio fulgor: neq calor uehemēti noce ret aiantibus: tātūq istarū rerū dedit ei: quātū mortalia corpora pati possūt: aut frugū maturitas postularet. Nō igit mētis suæ cōpos putādus ē q auctori & datori luminis: cādelarū ac cerarū lumē offert p munere? Aliud uero ille a nobis exigit lumē: & quidē nō fumidū: sed (ut ait poeta) liqdum atq clarū: mētis scilicet. Propter qd a poetis pha netes nūcupat: qd exhiber nō pōt nisi q deū agnouerit. Illorū āt dii qa terreni sūt egēt luminibus: ne in tenebris sint quorū cultores quia cæleste nihil sapiūt: ēt religiōes qbus deseruiunt: ad terram reuocant. In ea enim lumine opus est: quia ratio eius & natura te nebrosa est. Itaq diis nō cælestē sensum: sed humanū potius attribuunt. Ideoq illis ne cessaria & grata credūt eē quæ nobis: quibus aut esuriētibus opus est cibo: aut sicieti bus potu: aut ueste algētibus: aut cum sol decesserit: lumine ut uider possumus. Nullis igit ex rebus tā pbari & intelligi pōt deos ipsos cū aliquādo uixerit: mortuos eē q ex ipso ritu: qui est totus e terra. Q uid enim cælestis i se boni pōt habere pecudum sāguis effusus: quo aras inquināt: nisi forte deos existimant eo uesci qd homines aspernantur attingere? Et quisquis illis hanc saginam præstiterit: quanuis ille grasator: adulter: ue neficus: paricida sit: beatus ac fœlix erit. Hunc diligunt: hunc tuentur: huic omnia op tauerit: præstant. Merito ergo Persius huiuscemodi supestitiones suo more deridet.

Q ua tu inquit mercede deorum

Emeris auriculas pulmōe & lactib9 unctis? Sentiebat uidelicet nō carne opus eē ad pla candā cælestē maiestatē: sed mēte sancta: & iusto animo: & pectore (ut ipse ait) qd na turali sit hōestate generosum. Hæc ē religio cælestis: nō quæ cōstat ex rebus corruptis sed uirtutibus ai q orit e cælo. Hic uerus cultus ē: i quo mēs colētis seipsā deo imacu latā uictimā sistit. Id ipsum quō cōsequēdū: quō præstādū sit: docebit huius libri dispu tatio: nihil. n. tā præclarū: hominiq couenies pōt eē: q erudire hoies ad iustitiam. Apud Ciceronē Catullus i Hortēsio philosophiā rebus oibus præferēs: male se dicit uel unū paruū de officio libellū: q lōgam orationē p seditioso hoie Cornelio. Q uæ sententia nō utiq Catulli: qui fortasse illud nō dixit: sed Ciceronis est putāda: qui scripsit credo ut li bellos quos de officiis erat scripturus cōmēdaret: in quibus ipsius nihil esse testat in oi philosophia melius & fructuosius: q præcepta uitæ dare. Q uod si hoc illi faciunt: qui bus nō est ueritas cognita quanto magis nos facere debemus: qui a deo eruditi & illu minati: possumus uera præcipere: nec tñ sic docebimus: ut quasi prima uirtutis elemē ta tradamus: qd est infimū. Sed tanq docendum suscæpimus eum: qui apud illos iam pfectus uideat. Manentibus enim præceptis eorum: quæ solent ad pbitatem recte da

Erratum primum m

Persius

re ignota illis superstruemus ad perficiendam cõsumandamq; iustitiam: quam non tenent. Ea uero quæ possunt cum illis eẽ communia: pretermittam: nequid ab his uidear mutuari: quorum errores coarguere atq; aperire decreuerim.

De duabus uiis: quarũ altera uirtutũ: altera uitiorũ ẽ: q̃ i lr̃a pythagorica figurant̃ & fidelius tractant̃ a christianis q̃ a philosophis: & de duobus ducibus uiarũ. Cap. iii.

Væ sunt uiæ p quas humanã uitã ꝓgredi necesse ẽ. s. una quæ in celum ferat. Altera quæ ad inferos deprimat: quas & poetæ i carminibus: & philosophi i disputationibus suis induxerũt. Et quidẽ alteram uirtutũ eẽ uoluerũt: alteram uitiorũ: eãq; quæ sit assignata uirtutibus: primo aditu esse arduam & confragosam: i qua si qs difficultate sup̃ata in sũmũ eius euaserit: habere eum de cetero planũ iter: amœnũq; cãpũ: & oẽs laborũ suorũ cape fructus uberes atq; iucũdos. Quos ãt primi adit⁹ difficultas deterruerit: oẽs in eã uitiorũ uiã labi atq; deflectere: quæ primo igressu sit quasi amœna: multoq; tristior. Deinde cũ in eã paulo ulterius ꝓcesserint: amœnitatis eius speciẽ repẽte subduci. Exoriri ãt uiã præcipitẽ: nunc saxis asp̃am: nũc obductã sentibus nũc gurgitibus itercisam: uel torrẽtibus lapideã: ut laborare: hærere: labi: cadere sit necesse. Quæ oĩa eo ꝓferunt̃: ut appareat in uirtutibus capiendis labores eẽ maxios: i p̃ceptis ãt maximos fructus. & solidas atq; icorruptas uoluptates. Vitia uero q̃bus deliniamentis naturalibus allicere aĩos hoĩum & inaniũ iucũditatũ specie captos: ad acerbas amaritudĩes miseriasq; perducere sapiẽs ꝓrsus disputatio: si uirtutũ ipsarũ formas atq; termĩos scirẽt. Nõ. n. didicerãt uel quæ sint: uel q̃d eas mercedis a deo maneat: qđ nos his duobus libris docebimus. Hi uero q̃a ignorabãt aut dubitabant aĩas hoĩum in mortales eẽ: & uirtutes: & uitia terrenis honoribus aut pœnis æstimauerint. Oĩs ergo hæc de duabus uiis disputatio ad fragilitatẽ ac luxuriã spectãt: Dicũt. n. humanæ uitæ cursũ. y. litteræ similẽ: q̃ unusq̃sq; hoĩum cũ primũ adolescentiæ limen attigerit: & in eũ locũ uenerit: ubi se uia scindit i ãbas: hæreat nutabũdus: ac nesciat in quã se p̃tẽ potius iclinet. Si ducẽ nactus fuerit: q̃ dirigat ad meliora titubãtẽ: hoc ẽ si aut philosophiam didicerit: aut eloquẽtiã: aut aliq̃d honestæ artis: quo euadat ad bonã frugẽ: qđ fieri sine labore maximo nõ põt honestã ac copiosã uitã disputãt pacturũ. Si uero doctorẽ frugalitatis nõ iuenerit: ad sinistrã uiã quæ meliorẽ speciẽ mentiat̃ icedere. i. desidiæ luxuriæ. iertiæq; se tradere: quæ suauia q̃dem uident̃ ad tempus uera bona ignoranti. Post ãt amissa oĩ dignitate ac re familiari i oĩbus miseriis ignominiaq; uicturũ. Ad corpus ergo & ad hãc uitã: quã i terra: ducimus: fines earũ uiarũ retulerunt poetæ fortasse melius: q̃ biuiũ hoc apud iferos eẽ uoluerũt. Sed i eo fallũt̃: q̃a eas uias mortuis ꝓposuerũt. Vtriq; ergo uere: sed tñ utrique nõ recte: quia oportuit uias ad uitã: fines earũ ad mortẽ referri. Nos igit̃ melius & uerius: quia duas istas uias cæli & iferorũ esse dicimus: q̃a iustis imortalitas: iniustis pœna æterna ꝓposita est. Quomõ ãt uiæ istæ uel i cælũ tollãt: uel ad iferna præcipitẽt explicabo & ap̃iam quæ sint uirtutes: quas philosophi nescierũt: tũ etiã quæ sint p̃mia earũ: simul etiã q̃ sint uitia: quæue eorũ supplicia mõstrabo. Nã fortasse aliquis expectet: ut seperati de uitiis: ac uirtutib⁹ dicã: cũ de bono ac malo differentibus nobis etiã qđ ẽ contrariũ possit intelligi. Siue. n. uirtutes iseras uitia sua sponte decedent: siue uitia eximas: uirtutes ultro subibũt: sic bonorũ ac malorũ cõstituta natura est: ut se iuicem semp oppugnẽt: semp expellãt: ita fit ut neq; uitia rettrahi sine uirtutibus possũt: nec uirtutes iseri sine detractiõe uitiorũ. Has igitur uias longe aliter iducimus: q̃ a philosophis iduci soleant. Primum quod utrique propositũ esse dicimus ducem utrunque immortalem. Sed alterũ honoratum: qui uirtutibus ac

bonis sit praeditus. Alterū damnatū: qui uitiis ac malis. Illi aūt i dexteriora tātū uia ducē ponūt: neq; unum: neq; ppetuū. Siquidē quēlibet doctorē bonae artis iducunt: qui desidia reuocet hoīes: & frugi eē doceat. Sed neq; īgredi faciūt in eam uiam nisi pueros & adolescētes: uidelicet q; artes discātur i his aetatibus. Nos aūt oīs sexus: & generis: & aetatis i hoc caeleste iter īducimus: qa deus q eius uiae dux ē: īmortalitatē nulli hoī nato negat. Forma quoq; uiarū ipsarū nō ita ē ut illi putauerūt. Quid.n. opus ē.y. in reb⁹ cōtrariis atq; diuersis: Sed altera illa melior cōuersa ē ad solis ortū. Altera illa deteriori ad occasū: quoniā q ueritatē ac iusticiā seqt᷑: is accepto imortalitatis premio luce potiet᷑: q āt illo malo duce illect⁹ praetulerit uitia uirtutis: mēdaciū ueritati: necesse ē ad occasū & tenebras deferatur. Describā igit᷑ utrāq;: & earū ꝓprietates habitusq; mōstrabo.

De uia uirtutis: que in Elysios campos deducere dicitur: & uitiorum quae ad impia tartara: & ducibus utriusq;. Cap. iiii.

u Na ē igit᷑ uirtus ac bonorū uia: q̄ fert in Elysios cāpos (ut poetae loquūt᷑) Sed ad ipsam mundi arcem. Vt leua malorū Exercet poenas: & ad impia tartara mittit. Est.n. criminatoris illius: q prauis religiōibus istutis: auertit hoīes ab itinere caelesti: & in uiā pditiōis inducit. Cuius uiae species & figura sic ē cōposita i aspectu: ut plena & potēs oī genere florū atq; fructū delectabilis eē uideat᷑. In ea posuit de⁹ oia: q̄ ꝓ bonis habētur in terra: opulentiā dico: honorē: qetē: uoluptatē: illecebras oēs. Sed cū his pariter iniusticiā: crudelitatē: superbiā: pfidiam: libinem: cupiditatē: discordiam ignorātiam: mendacium: stultitiam: ceteraq; uitia: exitus āt talis est uiae cum uentum fuerit ad extremū: unde iam regredi non licet: cum omni sua pulchritudine tam subito praecipitur: ut nō ante quis fraudem ꝓspicere possit q̄ praecipitatus in altitudinem profundam cadat. Quisq́s.n. praesentium honorum specie captus: & in his consequendis ac fruendis occupatus: nō praeuiderit ea quae postmortē secutura sunt: seq; a deo auerterit. Is uero qui ad inferos deiectus: in aeternā damnabitur poenā. Via ergo illa caelestis difficilis & cliuosa ꝓposita ē: uel spinis horrentibus aspa: uel saxis astātibus īpedita: ut cōsūmo labore ac pedū tritu: cūq; magna cadēdi solicitudine sit cui gradiendū. In hac posuit iustitiam: temperantiam: patientiam: fidē. castitatē: abstinentiam: concordiam scientiam: ueritatem: sapientiā ceterasq; uirtutes sed simul cum his paupertatem ignominiam laborē dolorē amaritudines omnes. Quisq́s.n. spem suam porrexerit longi⁹ us & maiora maluerit carebit his terre bonis. ut expeditus ac leuis difficultatē uiae supet. Nec.n. pōt q se aparatu regio circundederit aut diuitiis honorauerit augustias illas uel ingredi uel tenere. Vnde intelligit᷑ iccirco malis & iniustis facilius ꝓuenire quae cupiant quia prona & decliuis est eorum uia. Bonis autem quae optent. difficile ꝓcedere. quia difficili & arduo itinere gradiuntur. Iustus ergo quoniam durū asperumq; iter igressus ē contemptui derisui odio sit necesse est. Oēs.n. quos cupiditas aut uoluptas praecipites trahit inuident ei qui uirtutem capere potuit & inique ferunt id habere aliquem quod ipsi non habēt. Erit itaq; paup. hūilis: ignobilis subiectus iniuriae & tamē omnia quae amara sūt pferēs: Et si sapientiam igem ad summum illum gradum finemque praeduxerit dabitur ei corona uirtutis & a deo pro laboribus quos in uita propter iustitiam pertulit: immortalitate donabitur. Hae sunt uiae: quas deus humanae uitae assignauit in quibus singulis & bona ostendit. & mala sed ordine praepostero atq; cōuerso. In unan. mōstrauit tēporalia prius mala cum aeternis bonis q ē ordo melior. In altera tēporalia prius bonā cum aeternis malis qui est ordo deterior ut quicunq; praesētia mala cū iustitia degerit maiora & certiora bona consequatur q̄ fuerint illa q̄ spnit

Quisqs aût pñtia bôa pposuerit iustitiæ in maiora & longiora incidet mala: q̃ fuerit il a quæ fugit. Hæc enĩ uita tpalis: qa breuis est: iccirco & bôa eius & mala breuia sint necesse ẽ. Illa uero spũalis: quæ huic terrenæ cõtraria ẽ: qa sempiterna ẽ: iccirco & bôa eius & mala sempiterna sũt. Ita fit: ut & bonis breuibus mala æterna. & malis breuib⁹ bôa æterna succedãt. Itaq; cũ simul pposita fuit hoĩ bôa & mala cõsiderarẽ unũquẽq; secũ decet: q̃t satius sit pro ppetuis bõis mala breuia pẽsare: q̃ p breuib⁹ & caducis bõis mala ppetua sustiere. Nã sicut ĩ hoc sæculo cũ ẽ ppositũ cũ hoste certamẽ: pri⁹ laborãdũ ẽ: sis postmodũ ĩ ocio: esuriẽdũ: sitiẽdũ: æstus: frigora pferẽda: humi qescẽdũ: uigilãdũ piclitãdũ ẽ: ut saluis pignorib⁹: & domo: & re familiari: & oĩb⁹ pacis ac uictoriæ bonis pfrui possis. Sin aũt præsẽs ociũ malueris q̃ laborẽ malũ tibi maximũ facias necesse ẽ. Præoccupabit. n. aduersari⁹ ñ resistẽtẽ: uastabũt agri: diripiet dom⁹: ĩ prædã uxor ac liberi ueniẽt: ipẽ iterficere ac rapiere. Quæ oĩa accidãt: præsens cõmodũ differẽdũ: ẽ ut maius lõgiusq; rapiat. Sic ĩ oĩ hac uita: qa nobis aduersariũ de⁹ reseruauit: ut possemus corpe uirtutẽ: omittẽdã & præsẽs uoluptas: ne hostis oporimat: uigilãdũ statiões agẽdæ familiares expeditiões obeũdæ: fũdẽdus ad ultimũ cruor. Oĩa deniq; amara & grauia patiẽter ferẽda eo q dẽ pmpti⁹: quo nobis ĩpator nr̃ de⁹ pmia p laborib⁹ æterna cõstituit. Et cũ ĩ hac terrena militia tñ hoĩes laboris exhauriãt: aut ea sibi pariãt: q̃ pñt eodẽ mõ pire quo pta sũt: certe nobis nullus labor ẽ recusãd⁹: quo id acqrat: qd nullo mõ possit amitti. Voluit. n. de⁹ q hoĩes ad hãc militiã genuit: expeditos ĩ acie stare: & intentis acriter aĩs ad unius uel ĩuisibilis hostis ĩsidias: uel aptos ĩpet⁹ uigilare: q̃ nos sicut piti & exercitati duces solẽt uariis artib⁹ captat p cuiusq; natura & morib⁹ sæuiẽs. Aliis. n. cupiditatẽ ĩsatiabilẽ ĩmittit ut opibus suis tãq̃ cõpedib⁹ alligatos a uia ueritatis excuti at. Alios ĩflãmat iræ stimulis: ut ad nocẽdũ poti⁹ ĩtẽtos a dei cõtẽplatiõe detorqat. Alios ĩmoderatis libidinibus ĩmergit: ut uoluptati & corpi seruiẽtes ad uirtutẽ respicere ñ possint. Aliis uero ĩspirat inuidia: ut suis ipsi tormentis occupati: nihil alius cogitẽt: nisi eorũ quos oderit fælicitatẽ. Alios ĩflãmat ambitionib⁹. Hi sũt q ad gerendos magistrat⁹ oẽm uitæ suæ opam curãq; cõuertũt: ut fastos signẽt: & annis nomẽ ĩponãt. Quorũdã cupiditas tẽdit altius: nõ ut puincias tpali gladio regnẽt: sed ut ĩfinita: & ppetua ptãte dños se dici uelint uniuersi generis humani. Quos ãt pios uiderit: ianibus ĩpleat religiõib⁹: ut ĩpios faciat: His uero q̃ sapiẽtiã q̃rũt: philosophiã in oculos ĩpingit: ut specie lucis excæcet: ne q̃s cõprehẽdat aut teneat ueritatẽ. Sic hoĩbus obstruxit adit⁹ oẽs & obsepsit oẽs uias publicis latas erroribus: quos ut discutere possem⁹: ipsũq; auctorẽ malorũ uicere: illũĩnauit nos de⁹ & armauit uera cælestiq; uirtute. de q̃ nihil nũc differẽdũ ẽ

De falsa definitione philosophiæ: quam auctore Lucillio posuerũt philosophi: & uera differentia scientiæ & uirtutis: Cap. v.

S Ed prius q̃ singulas uirtutes expõere incipiã determinãda ẽ ipa uirt⁹: quã philosophi nõ recte definierũt q̃d eẽt: aut in q̃bus rebus: q̃d opis quid hẽat officii. Nomen itaq; solũ retinerũt: uim uero: & effectũ: & rõnẽ pdiderũt. Quæcunq; ãt in definitiõe uirtutis solẽt dicere: paucis uersib⁹ collegit: & enũerat Lucillius: quos malo equidem ponere: ne dum multorũ sentẽtias refello: sim longior q̃ necesse est.

Lucillius

Virtus Albine ẽ preciũ psoluere rerũ. Quis ĩuersamur: qs minimis rebus põt esse

Virtus est homini scire id quod quæq; res habet

Virtus scire homini rectum: utile: quod sit honestum:

Virtus q̃rende rei finem scire: modumq;: Virtus diuitiis: præmium psoluere posse:

Virtus id dare: quod re ipsa debetur honori.

Hostem esse:atq; inimicum hominũ morũq; bonorum.
Contra defensorem hominũ:morũq; bonorum.
Hos magnificare:his bene:uelle:his uiuere amicum.
Commoda præterea patri sibi prima putare.
Deinde parentum:tertia iam postremaq; nostra.

Ab his diffinitionibus quas poeta breuiter cõprehendit.M. Tullius traxit officia uiuẽ M.
di.Penætiũ stoicũ secutus:eaq; tribus uoluminibus inclusit.Hęc aũt q̃ falsa sint: mox Tullius
uidebimus:ut appareat q̃tũ nobis dignatio diuina cõtulerit:que nobis appuit ueritatẽ Penætius
Virtutem esse dixit scire qd sit bonũ & malum:quid turpe: quid honestũ qd utile: qd phũs
minus breuiusq; facere potuit. Si tantũ bonũ ac malũ diceret:qua nihil põt esse utile
uel honestum:qd' nõ idem bonũ sit. Nihil iutile ac turpe:qd' nõ idem malũ sit. Quod
& philosophis ũr:& idẽ Cicero in tertio supradicti opis libro ostẽdit. Verũ scia nõ põt
eẽ uirtus:qa nõ ẽ intus in nobis:sed ad nos extrisecus uenit. Quod ãt transire ab altero
ad alterũ põt:uirtus nõ est:qa sua cuiq; est. Scia igit' alieni benefici est: quia posita est i
audiendo. Virtus tota nr̃a est:quia posita est in uoluntate faciendi bona. Sicut ergo in
itinere celebrando nihil prodest uiã nosse:nisi conatus ac uires suppeditent ambulãdi:
ita ueri scia nihil prodest:si uirtus ꝓpria deficiat. Nã fere etiã hi q peccãt:etsi ñ ꝑfecte
tñ qd sit bonũ & malũ sẽtiũt. Et quotiẽs aliqd iprobe faciũt:peccare se sciũt:& iõ cæla
re nitunt'. Sed cũ eos boni & mali natura nõ fallat:cupiditate mala uincunt' ut peccẽt:
qa deest illis uirtus.i.cupiditas recta & honesta faciẽdi. Ex hoc igit' appet aliđ eẽ sciam
boni maliq;:aliud uirtutẽ:qa põt eẽ scia sine uirtute:sicut in plurimis philosophorum
fuit. In quo quoniã recte ad culpã ptinet:nõ fecisse quæ scieris recte uolũtas praua &
uitiosus aius:quẽ excusare ignoratio nõ põt:puniet'. Ergo sicut uirtus nõ est bonum ac
malũ scire:ita uirtus est bonũ facere:malũ nõ facere. Et tamen scia sic cũ uirtute coniũ
cta est:ut scia præcedat uirtutem:uirtus sequat' sciam:quia nihil prodest cognitio nisi
& actio subsequatur:Horatius ergo paulo melius definiuit.

Virtus est uitium fugere:& sapientia prima. Horatius

Sed inpte:quia eã cõtrario terminauit:ut si diceret. Bonũ est quod malũ nõ:cum enim
quid sit uirtus nescio:ne uitiũ quidẽ quid sit scio. Vtrinq; igit' indiget definitione: qa na
tura rei talis est:ut utrinq; aut intelligi:aut nõ intelligi sit necesse. Verũ nos faciamus
quod ille debuit. Virtus est irã cohibere: cupiditatẽ cõpescere: libidinẽ refrenare: id ẽ
eni uitiũ fugere. Nã fere oĩa quæ fiunt iniuste atq; iprobe ab his oriunt' affectibus. Si
eni cõmotionis huius:quæ ira dicit':ipetus retundatur:oẽs hoium cõtẽtiones malæ so-
pirentur:nemo insidiabitur:nemo prosilet ad nocẽdum: Item si cupiditas temperetur
nemo terra mariq; grassabitur:nemo exercitũ ducet ut rapiat & uastat aliena. Item si ar
dor libidinũ cõprimatur: omnis ætas & sexus retinebit suã sanctitatẽ. Nemo quicq̃ pu
dendũ aut patietur:aut faciet. Ergo uniuersa scelera & flagitia his cõmotionibus uir-
tute sedatis:ex hoium uita moribusq; tollentur. Quæ sedatio cõmotionũ & affectuũ
hanc habet rõnẽ:ut oĩa recta faciamus. Omne igitur uirtus officiũ est nõ peccare quo
ꝑfecto fungi nõ potest qui deum nescit:quoniam ignoratio eius a quo bona oriunt' i-
prudenter ipingit in uita necesse est. Itaq; ut breuius & significatius utriusq; rei summa
officia determinẽ:sciẽtia ẽ deum nosse:uirtus colere:i illo sapiẽtia in hoc iusticia cõtiet'

Quid philosophi nesciuerunt quid esset bonum aut malum:quia fontem boni lucidũ
nesciebant: nec intellexerunt quis debeat rerum & operum finis esse:& quomodo con
stet Lucillium falso definiuisse uirtutis officia. Cap.vi.

Ixi quod erat primum scientiam boni nõ esse uirtutem. Deinde quid sit uirtus
d & in quo sit. Sequitur ut id quoq; ipsum quid sit bonũ & malũ nescisse philo
sophos breuiter ostendã: quia pene declaratũ ẽ libro tertio cũ de sũmo bono
disputarẽ. Qui aũt quid esset sũmũ bonũ nescierũt & in cæteris bonis malisue q̃ sũma
nõ sunt: errauerint necesse est: quod nõ põt uero iudicio examinare qui fontẽ ipsũ nõ te
net: unde illa descendunt. Fons autẽ bonorũ deus est: malorũ uero ille. s. diuini nominis
semper inimicus de quo sæpe diximus: Ab his duobus principiis bona malaq; oriũtur.
Quæ ueniant a deo hanc habẽt rationẽ ut immortalitatẽ parent: qđ est summũ bonũ.
Quæ aũt ab illo altero id habent officiũ ut a celestib⁹ auocatũ: terrenisq; demersũ ad
pœnã iterficiãt sẽpiternã: qđ est summũ malũ. Non igitur dubiũ est: quin omnes illi
quid esset bonum & malum ignorauerint: qui nec deum: nec aduersarium eius scierint
itaq; fine bonorũ ad corpus: & ad hãc breuẽ uitã rettulerunt: qđ. i. solui & occidere ne
cesse est: nõ sunt ꝑgressi longius. Sed oĩa pręcepta: ut oĩa quæ inducunt bona terræ in
herent: & humi iacẽt quoniã simul cũ corpore qđ est terra moriũtur. Pertinẽt eni nõ ad
uitã homini cõparandã: sed ad quærendas uel augendas opes honores: gloriã: potẽtiã:
quæ sũt uniuersa mortalia: tã. s. q̃ ille q ut ea sibi cõtingerent: laborauit. Hinc est illud:
Virtus quærẽdæ rei: finẽ scire modũq;. Præcipiũt eni qbus modis & qbus artibus res
familiaris quærẽda sit: quia uidẽt male quæri solere: sed huiusmodi uirtus nõ est ꝓposi
ta sapiẽti. Nec eni est uirtus opes quærere: quarũ: neq; inuẽtio: neq; possessio in nostra
potestate ẽ. Itaq; & quæstu & obtẽtu faciliores sunt malis q̃ bonis. Nõ põt ergo uirtus
esse in his rebus quærẽdis: in quarũ cõtẽptu uis ac ratio uirtutis apparet: nec ad ea ipsa
transfugiet: quæ magno ac excelso aĩo calcare ac ꝓterere gestit: neq; fas est aĩam cæle-
stibus intentã bonis ut hæc fragilia sibi cõparet: ab immortalibus suis opibus auocari.
Sed potissimũ in his rebus cõparandis: uirtutis rõ cõsistit: quas nobis nec homo ullus
mors ipsa possit auferre cũ ita se habeant. Illud qđ sequitur uerũ est.
Virtus diuitiis preciũ ꝑsoluere posse. Qui uersus idem fere significat: qđ primi duo sed
neq; ipse neq; qsq̃ philosophorũ scire potuit preciũ ipsũ: uel q̃le uel qd sit idẽ eni poetæ
& illi oẽs quos secutus ẽ putauerũt recte opibus uti hoc ẽ frugi eẽ nõ instruere cõuiuia
sũptuose: nec largiri temere: nõ effundere in res supuacuas aut turpes rẽ familiarẽ. Di-
cet aliqs fortasse. Quid tu: negas ne hãc eẽ ueritatẽ: nõ eqdẽ nego: Cõtraria eni uideor
ꝓbare si negẽ. Sed uera nego: qa nõ sit illa cælestis: sed tota terrẽa: quãdo qdẽ nihil effi
cit nisi qđ remãeat i terra. Quid sit ãt recte opib⁹ uti & q sit ex diuitiis fruct⁹ petẽdus
declarabo aptius cũ de pietatis officio loq cepo: iã cætera q̃ sequũt̃ nullo mõ uera sunt
nã ĩprobis inimicitias idicere: aut bonorũ defensionẽ suscipe: põt cũ malis esse cõe. qd
eni ꝓbitate ficta uiã sibi ad potẽtiã muniũt: faciũtq; multa: q̃ boni solẽt: eo qdẽ ꝓmpti
us q fallẽdi grã faciũt. Vtinã tã facile eẽt ꝑstare: q̃ facile ẽ simulare bonitatẽ. Sed hi cũ
esse cœpint ꝓpositi ac uoti sui cõpotes: & sũmũ potẽtie gradũ cœperint: tũ uerũ simu-
latione deposita: mores suos detegunt: rapiunt oĩa & uexant: eosq; ipsos bonos: quorũ
cãm suscæpant: insequũtur: & gradus per quos ascenderũt: amputãt: nequis illos cõtra
ipsos possit imitari. Verumtamen putem⁹ hoc officium non nisi boni esse: ut bonos de
fendãt. At id suscipere facile est implere difficile quia cum te certamini cõgressioniq;
cõmiseris: in arbitrio dei: non tuo uictoria posita est Et plerunq; improbi & numero: &
cõspiratiõe sũt potentiores q̃ boni: ut ad eos supandos nõ tam uirtus q̃ fœlicitas neces-
saria. An aliquis ignorat quotiens melior iustiorq; pars uicta sit: Hinc semper domina-
tiões acerbæ i ciues extiterunt. Plena est exemplis oĩs historia: sed nos contenti erimus

uno. Cn. Pōpeius bonorū uoluit esse defensor: siquidem pro republica p senatu: p libertate arma suscæpit. Idē tamē uictus cum ipsa libertate occidit: & a spadonibus Aegyptiis detrūcatus: insepultus abiectus est. Nō est igit uirtus aut hostem malorum: aut defensorem bonorum esse: quia uirtus in certis casibus non potest esse subiecta. Cn. Pōpeius

Commoda præterea patri prima putare. Sublata hominum concordia uirtus nulla ē omnino. Quæ sunt enim patriæ commoda: nisi alterius ciuitatis aut gentis incommoda. Id est fines ppagare alios uiolenter ereptos: augere iperiū: uectigalia facere meliora Quæ omnia non utiq uirtutes: sed uirtutum sunt euersiones. In primis enim tollitur humanæ societatis coniunctio: tollit inocētia: tollitur alieni abstinentia: tollitur deniq ipsa iustitia: quæ dissidium generis humani ferre nō potest: & ubicunq arma fulserint: hinc eam fugari: & exterminari necesse est. Verum est Ciceronis illud. Qui āt ciuium rationem dicunt habendam externoru m negāt: dirimūt: hi cōmunē generis hūani societatē: qua sublata: beneficientia: liberalitas: iustitia: funditus tollit. Nam quō pōt iustus esse: qui nocet: qui odit: qui spoliat: qui occidit? Quæ oīa faciunt: qui patriæ pdesse nituntur. Id. n. ipsum pdesse quid sit ignorant: qui nihil putant utile: nihil commodum nisi qd teneri manu pōt: quod solum teneri non potest: quia eripi potest. Hæc itaq (ut ipsi appellāt) bona: quisqs patriæ acquisierit: hoc est qui euersis ciuitatibus gentibusque deletis: ærariū pecunia referserit: agros cæperit: ciues suos locupletiores fecerit: hic laudibus fertur in cælum: hæc putatur summa & perfecta esse uirtus. Qui error nō mō populi & imperitorum: sed etiam philosophorum est: qui præcepta quoq dant ad iustitiā ne stultitiæ ac malitiæ disciplinæq auctoritatis desit. Itaq cum de officiis ad rem militarem ptinentibus disputēt: neq ad iustitiam: neq ad ueram uirtutem cōmodatur illa omnis oratio: sed ad hanc uitam mortēq ciuilē: quam non esse iustitiam: & res indicat & ipse Cicero testatus est. Sed nos inquit ueri iuris germanæq iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. Vmbra & imaginibus utimur: easq ipsas utinam sequeremur. Feruntur enim ab optimis naturæ ac ueritatis exemplis. Vmbra est igit & imago iustitiæ: quam illi iustitiam putauerunt. Quid sapientia? nonne idem confitetur in philosophis eē nullā? Aut cū Fabritius īquit: Aut Aristides iustus nominet: aut ab illis fortitudinis: aut ab hoc iustitiæ tanq a sapiente petit exemplū. Nemo. n. horum sic sapiens: ut sapientem uolumus intelligi. Nec hi qui sapientes habiti & noiati. M. Cato: Catullus. Lelius sapientes fuerunt. Nec illi quidem semptem: sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinē: quādā gerebant speciēq sapientiæ. Si ergo & philosophis ipsorū cōfessiōe adēpta sapiētia ē: & his q iusti habiti: sunt adempta iustitia est. Omnis igit illę uirtutis descriptiones falsæ sint necesse est: qa quæ sit uera uirtus scire non pōt: nisi iustus ac sapiēs. Iustus āt ac sapiēs nēo ē: nisi quē dn̄s præceptis cælestib9 erudiuit. Frabitius Aristides

Quod in uia erroris est species sapientiæ & uirtutis. Et q uia ueritatis & sapiētiæ est simplex: & angusta: & ardua: & deum habet ducem. Cap. vii.

Deucalionæas exuperauit aquas.
Nō hūc exāgues morbi:nō ægra senectus
Nec mors crudelis:nec metus asper adit.
Nec scelus īfandū:nec opū uesana cupido:
Aut metus:aut ardēs cædis amore furor.
Luct⁹acerb⁹abest:& egestas obsita pānis
Et curæ ī sōnes:& uiolēta fames.
Nō ibi tēpestas:nec uis furit horrida uenti
Nec rigido terrā rore pruina tegit.
Nulla super cāpos tēdit sua uellera nubes
Nec cadit ex alto timidus humor aquæ.
Sed fons ī medio est:quē uiuū noīe dicunt
Perspicuus lucens: dulcibus uber aquis.
Qui semel erumpēs ꝑ singula tpa mēsum
Duodecies undis irrigat oē nemus.
Hic genus arboreū procero stipite surgēs
Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nem⁹hos lucos auis icolit unica phœ
Vnica sic uiuit morte refecta sua. (nix
Paret:& obseqt̄ Phœbei mēorāda satelles:
Hoc natura parēs munus habere dedit.
Lutea cū primū surgēs aurora rubescit
Cū primum rosea sidera luce fugat.
Ter quater illa pia:imergit corpus ī undas
Ter quater euiuo gurgite libat aquam:
Tollitur:ac sūmo cōsedit in arboris altæ
Vertice:quæ totū despicit una nemus.
Et cōuersa nouos Phœbi nascētis ad ortus
Expectat radios:& iubar exoriens.
Ast ubi sol pepulit fulgētis lumina portæ
Et primū emicuit luminis aura leuis.
Incipit illa sacri modulamīa fūdere cātus
Et mira lucē uoce ciere nouam.
Quā nec iuleæ uoces:nec tibia possit
Musica cyrrhæis assimilare modis.
Sed neq̧ dolor moriēs imitari posse putat
Nec cylleneæ fila canore lyræ:
Postq̄ Phœb⁹equos ī apta refudit olympi
Atq̧ orbē totū ꝑtulit usq̧ means.
Illa ter alarum repetito uerbere plaudit:
Non errabilibus nocte dieq̧ sonis.
Atq̧ eadē celeres ēt discriminat horas:
Ignis erūq̧ caput ter uenerata silet.
Antistes nemorū luce ueneranda sacerdos
Et sola arcanis conscia phœbe tuis.
Quæ postq̄ uitæ iā mille ꝑegerit annos:
At se reddiderint tpa lōga grauem.
Vt reparet lassum spatiis urgētibus euū.
Assueti nemoris dulce cubile fugit.
Cūq̧ renascendi studio loca sancta reliqt
Tūc petit hūc orbē:mors ubi regna tenet
Dirigit in Syriā celeres lōgæua uolatus
Phœnicis nomē cui dedit ipsa uetus:.
Secretosq̧ petit deserta per auia lucos:
Hic ubi per saltus silua remota latet.
Tum legit aereo sublimem uertice palmā
Quæ gratū phœnix ex aue nomē habet.
Quā nec dēte potēs aīal ꝑrumpere possit
Lubricus aut serpēs: aut auis ulla rapax.
Tū uētos claudit pēdentibus aeolus antris
Ne uiolent flabris aera purpureum
Neu concreta notho per inania cæli.
Sūmoueat radios solis:& obsit aui.
Cōstruit inde sibi seu nidū:siue sepulcrum
Nam perit ut uiuat:se tamen ipsa creat:
Colligit hinc succos:& odores diuite silua
Quos legit assiri⁹:quos opulētus arabs.
Quos aut Pygmeæ gētes:aut India carpit
Aut molli generat terra Sabæa sinu
Cinama dehic auràq̧ ꝑcul spirātis amomi
Congerit:& mixto balsama cū folio.
Nō casiæ mitis:nō olentis uimen achanti
Nec thuris lachriæ:utraq̧ pinguis abest
His addit teneras nardi pubentis aristas:
Et sociat myrrhæ pascua grata nimis.
Protinus in strato corpus mutabile nido:

Vitaliq; thoro membra quieta locat:
Oreq; dehic succos mēbris circūq; supraq;
Iniicit exequiis immoritura suis:
Tūc inter uarios animā comēdat odores
Depositi tanti nec timet illa finem.
Interea corpus genitali morte peremptū
Aestuat: & flāmas protulit ipse calor:
Aereoq; ꝓcul de lumine concipit ignem:
Flagrat: & ambustū soluitur in cinerem.
Hos uelut ī massā cineres ī morte coactos
Cōflat: & effectū seminis instar habet
Hic aial primū sine mēbris fertur oriri:
Sed fertur uermis lacteus esse color:
Creuerit imensum subito cū tēpore certo
Seq; oui teretis colligit in speciem.
Inde reformatur qualis fuit ante figura:
Et phœnix ruptis pullulat exuuiis.
Ac uelut agrestes cū filo ad saxa tenentur:
Mutari pēnæ papilione solent.
Non illi cibus est nostro concessus in orbe
Nec cuiq̄ īplumē pascere cura subest.
Ambrosios libat cælesti nectare rores:
Stellifero teneri qui cecidere polo.
Hos legit: his mediis alit̃ in odoribus ales:
Donec maturā proferat effigiem.
Ast ubi primæua cœpit florere iuuenta:
Euolat ad patrias iam reditura domos.
Ante tamē proprio qcqd de corpore restat
Ossaq;: uel cineres: exuuiasq; suas.
Vnguie balsameoq;: mirrhaq; & thur̃ solu
Cōdit: & in formā cōglobat ore pio. (to
Q uā pedibus gestās cōtēdit solis ad ortus
Inq; ara residens promit in æde sacra.
Mirandā sese præstat: præbetq; uehenti:
Tātus ibi decor est: tātus abundat honor
Principio color est: qualis sub sidere cæli:
Mitia quē croceo punica grana legunt.
Q ualis inest foliis quæ fert agreste papa-
Cū pēdēs uestit sole rubēte polus. (uer
Hoc hūeri pectusq; decēs uelamie fulgēt:
Hoc caput: hoc cruix: sūmaq; terga nitēt
Caudaq; porrigit̃ fuluo distincta metallo:
In cuius maculis purpura mixta rubet.
Clarū inter pēnas insigne desuper iris:
Pingere ceu nubem desuper alta solet
Albicat insignis mixto uiridāte smaragdo.
Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
Ingētes oculos credas: gēiosq; hiacynthos
Q uorū de medio lucida flamma micat.
Aequatur toto capiti radiata corona
Phœbei referens uerticis alta decus.
Crura tegūt squāmę flauo disticta metallo
Ast ungues roseus pingit honore color.
Effigies inter pauonis mixta figuram:
Cernitur & mixtā phasidis inter auem
Magnitiē terris arabum quæ gignit̃ ales
Vix æquare pōt: seu fera: seu sit auis.
Nō tñ ē tarda ut uolucres: q̄ corp̄e magno
Incessus pigros ꝑ graue pondus habent.
Sed leuis & uelox regali plena decore:
Talis in aspectu se præbet usq; hominū.
Cōuenit Aegyptus tāti ad miracula uisus:
Et rarā uolucrem turba salutat ouans.
Protinus isculpūt sacrato ī marmoꝛ̃ formā
Et signat titulo remq;: diemq; nouo.
Cōtrahit in cœtū sese genus oē uolantū.
Nec prædæ memor ē ulla: nec ulla met⁹
Alitū stipata choro uolat illa per altum:
Turbaq; prosequit̃ munere læta pio.
Sed postq̄ puri pueni: ad ætheris auras
Mox redit ista suis cōditor ille locis.
Hæc fo tunatæ sortis: natisq; uolucris:
Cui de se nasci præstitit ipse deus:
Fœmia sit: uel mascul⁹ hæc: forteq; neutrū
Fælix q̄ Veneris fœdera nulla colit.
Mors illi Venus ē: sola ē i morte uoluptas:
Vt possit nasci: hæc appetit ante mori.
Ipsa sibi ꝓles: suus est pr̃: & suus hæres:
Nutrix ipsa sui: semper alumna sibi:
Ipsa qdē sed nō eadē: qa est ipsa: nec ipa est
Aeternā uitā mortis adepta bono.
Ouidius methamorpho. de phœnice.
Ee tñ ex aliis generis primordia ducit
Vna ē q̄ repet: seq; ipsa seseminet ales
Assyrii phœnica uocāt: ñ fruge nec herbis
Sed lachrymis thuris: & succo uiuit amo
Hæc ubi qnq; suæ cōpleuit secula uitæ (mi
Illicis in ramis: tremulæq; cacumie prime
Vnguibus ac puro nidū sibi cōstruit ore:
Q uo simul ac casias: & nardi leuis aristas

Quassaq; cũ fulua substrauit cinama mir
Se sup ipõit:finitq; i odoribus æuũ.(rha
Inde ferũt totidẽ quæ uiuere debeat annos
Corpe de primo uolucrẽ phœnica renasci

Dantes

e Ossi per li gran saui se confessa
Che la phœnice muore:e poi renasci
Che al cinquecenteno anno se rapressa
Herba ne biada in sua uita nõ pasce:
Ma sol de incenso lachrymæ & amomo
E nardo:e mirrha son le ultime phasce.

Lactãtii fir. de resurrectiõis dñice die.

Salue festa dies toto uenerabilis æuo
Qua deus ifernũ uicit:& astra tenet
Tẽpora florigero rutilãt dixincta sereno
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomum solẽ cæli orbita ducit
Qui uagus oceanas exit & intrat aquas.
Armatus radiis elemẽta liquẽtia lustrans
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splẽdida sincerro producũt æthera uultu
Lætitiamq; suã sydera clara probant.
Terra ferax uario fundit munuscula cultu
Cũ bene uernarit reddit & annus opes.
Mollia purpureũ pingunt uiolaria campũ
Prata uirẽt herbis:& micat herba comis.
Paulatim subeũt stellãtia lumina florum
Floribus arridẽt gramina cuncta suis
Semine deposito late seges exilit aruis
Spõdens agricolę uincere posse famem:
Caudice deserto lachrymat sua gaudia pal
Vñ merũ tribuat dat mõ uitis aquã(mes
Cortice de matris tenera lanugine surgẽs
Preparat ad partũ turgida gẽma sinum.
Subq; hyemis tẽpus filiorũ crine reuulso
Iam reparat uiridãs frõdea tecta nemus:
Mixta salix:abies:coril⁹:siler:uulnus: acer
Plaudit q̃q; suis arbor amœna cõis (nux
Cõstructura suos apis hic aluearia liquẽs
Floribus instrepitãs poplite mella rapit
Ad cãtus reuocat̃ auis:quæ carmiẽ clauso.
Pigrior hyberno frigore muta fuit.
Hinc philomena suis attẽpat organa cãnis
Fitq; repcusso dulcior aura melo.
Ecce renascẽtis testatur gratia mundi:

Omnia cũ domino dona redisse suo.
Nãq; triũphãti post tristia tartara Christo
Vndiq; frõde nemus:gramia flore fauẽt.
Legibus iferni oppressis:sup astra meantẽ
Laudãt rite deũ lux:polus:arua: fretum.
Qui crucifixus erat deus ecce poia regnat
Dantq; creatori cuncta creata precem.
Mobilitas anni mẽsum lux alma dierum
Horarũ splendor stridula:cũcta fauent.
Hic tibi silua comis:plaudit quoq; cãp⁹ ari
Hic grates tacito palmite uitis agit.(stis
Hic tibi nũc auiũ resonãt uirgulta susurro
Has inter nimio passer amore canit.
Christe salus rerũ: bone cõditor atq; redẽ
Vnica progenies ex deitate pr̃is (ptor
Irrecitabiliter manans de corde parentis:
Verbum subsistens:& patris ore potens.
Aequalis concors:socius:cũ patre coæuus
Quo sumpsit mũdus pricĩoe principiũ.
Aethera suspẽdis:sola ɔgeris:æquora fũdis
Quæq; locis habitãt:q̃ moderata uigent
Qui gen⁹ humanũ cernẽs mersisse pfũdo
Vtq; hoĩem eripes:es quoq; fact⁹ homo:
Nec nostro tantũ uoluisti e corpore nasci:
Sed caro quæ nasci pertulit atq; mori.
Funeris exeqas pateris nouus auctor:& or
Intra mortis iter dãdo salutis opẽ. (bis:
Tristia cessarũ: infernæ uincula legis:
Expauitq; chaos luminis ore premi.
Depeunt tenebræ Christi fulgore fugatæ:
Aeternæ noctis pallia crassa cadunt.
Sollicitã:sed redde fidẽ precor:alma ptãs:
Tertia lux redit:surge sepulte meus
Nõ decet ut uili tumulo tua mẽbra tegãt
Nõ precium mundi uilia saxa premant.
Indignũ est cuius claudũt̃ cũcta pugillo
Vt tegat inclusum rupe uetante lapis.
Litea tolle precor:sudaria lique sepulchro
Tu satis es nobis:& sine te nihil est:
Solue cathenatas inferni carceris umbras:
Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.
Redde tuã faciẽ:uideãt ut sæcula lumen
Redde diem:qui nos te moriente fugit.
Sed plãe iplesti remeãs pie uictor olympi
Tartara pressa iacent:nec sua iura tenẽt

Infernus īsaturabiliter caua guttura pādēs
Qui raperet semper sit tua præda deus.
Eripis inumerū populū de carcere mortis:
Et sequitur liber. quo suus autor abis.
Euomit absortā pauida fera bælua plebē:
Et fauce lupi subtrahit agnus oues.
Hic tumulū repetēs post tartara carne rēsū
Belliger ad cælos āpla trophea rfers (pta
Quos hūit pœnale chaos: iā reddidit iste:
Et quos mors peteret: hos noua uita tenet
Rex sacer ecce tui radiat ps magna trophęi
Cū puras animas sacra lauacra beant.
Cādidus egredit͛ nitidis exercitus undis.
Atq; uetus uitiū purgat in amne nouo.
Fulgētes aīas uestis quoq; cādida signat:
Et grege de niueo grauida pastor habet.
Addit͛ hac fælix cōcors mercede sacerdos
Qui dare uult domino dupla talēta suo.
Ad meliora trahēs gentili errore uagātes:
Bestia ne raperet munit ouile dei.
Quos pri⁹ eua nocēs fecerat: hos mō red
Ecclesiæ pastor ubere lacte sinu. (dit

FINIS

Arguit hic hominū sectas Lactancius oēs
Septeno falsas codice uera docēs.
Siue deū tangat turbato lumine cernēs:
Ira furroꝛ: gemino pernotat inde libro.
Et uolucrū phœnix uersu cōprehēdit͛ una
Quæ nostro nunq̄ pascit͛ alma solo.
Hicq; redēptoris nostri nō carmīa desunt:
Quę positū e tumulo dulce canēdo uocāt
Presserat hūc prio mūdi caput iclyta rama
Post regina premit qppe colēda maris.

Nephytomon Lactanctii Firmiani incipit.

n Am si iustitia est ueri dei cultus: quid enim tam iustum ad æquitatem: tam pium ad honorem: tam necessarium ad salutem: q̄ deum cognoscere ut parentem: uenerari ut dominum: eiusq; legi aut præceptis obtemperare? Nescierunt ergo iustitiam philosophi: quia nec ipsum deum agnouerunt: & ideo refelli putauerunt a Carneade: cuius hæc fuit disputatio nullum esse ius naturale. Itaque omnes animantes ipsa ducente natura commoda sua defendere: & ideo iustitia si alienis utilitatibus consulet suas negliget: stultitiam esse dicendam. Quod si omnes populi penes quos sit imperium: ipsiq; Romani: qui orbem totum possedere: iustitiam sequi uelint ac suum cuiq; restituere: quod ui & armis occupauerunt ad casas & egestatem reuertentur. Quod si fecerint: iustos dicemus equidem: sed tamen stultos iudicare necesse est: qui ut aliis prosint: sibi nocere contendant. Deinde si reperiat aliqs hominem: qui aut aurum pro auricalco: aut argentum pro plumbo uendat per errorē: atq; id tenere necessitas cogit: utrū dissimulabit & emet paruo: an potius iudicabit͛ iustus utiq; dicetur: quia non fefellit: sed idem stultus qui alteri fecerit lucrū: sibi damnū sed facile de danno est. Quid si uita eius i periculum ueniet: ut eum aliquando necesse sit aut occipere: aut mori: quid faciet? Potest hoc euenire: ut naufragio facto inueniat aliquem imbecillem tabulæ inhærentem: aut uicto exercitu fugiens: reperiet aliquem uulneratum equo insidentem: utrum ne aut illum tabula: aut hunc equo deturbabit: ut ipse possit euadere? Si uolet iustus eē nō faciet: sed idem stultus iudicabitur: q dū alterius uitæ parcit: suam perdet. Si faciet qdem sapiens uidebitur: quia sibi cōsulet: sed & idem malus: q, nocebit. Acuta ista sane: sed respōdere ad ea facere possumus. Immitatio enī hominū facit ut sic eē uideatur. Nam & iustitia imaginē habet stultitiæ nō tamē est stultitia. Et malitia imaginem sapientiæ: non tamen sapientia est. Sed sicut malitia ista i cōseruandis utilitatibus suis intelligens redargui uidetur quia non sapientia: sed calliditas & astutia est: ita & iustitia non debet stultitia: sed innocentia nominari; quia Carneades

necesse est iustum esse sapientẽ:& eũ qui sit stultus:iniustus. Nã neq̨ rõ:neq̨ natura ipsa permittit:ut is qui iustus est:sapiens nõ sit:quoniã iustus nihil utiq̨ facit:nisi q̄d rectum & bonũ ẽ:prauũ & malũ sẽp fugit. Quis autẽ discernere bonũ & malũ: prauũ & rectũ noterit:nisi qui sapiens fuerit? Stultus autẽ malefacit:quia bonũ & malũ q̄d sit ignorat:ideo peccat:quia nõ põt praua & recta discernere. Igitur neq̨ stulto iustitiam: neq̨ iniusto sapiẽtiã cõuenire. Ergo stultus non est qui nec tabula naufragũ: nec equo sauciũ deiecerit:quia se abstinuit a nocẽdo quod est peccatũ:peccatũ autem uitare sapientis est. Sed ut stultus prima facie uideat̃ illa res efficit qui extingui animã cũ corpore existimãt:iccirco omne cõmodũ ad hanc uitã referũt. Si enĩ post mortẽ nihil est:utiq̨ stulte facit:qui alterius animæ parcit cũ dispendio suæ:aut q alterius lucro magis q̃ suo consuleret:si mors animã delet. Danda est opera:quo iustius cõmodiusq̨ uiuamus Si ãt uita post mortẽ superest æterna & beata:hãc utiq̨ corporalẽ cũ oĩbus terræ bonis iustus ac sapiens cõtẽnet:quia sciet quale a deo premiũ sit recepturus. Teneamus igit̃ innocentiã:teneamus iustitiã:subeamus imaginẽ stultitiæ:ut uerã sapientiã tenere possimus. Et si hoĩbus uidet̃ ineptũ ad stultũ torqueri:& mori uellet q̃ liberã discet abire sine noxa. Nos tamẽ omni uirtute omniq̨ patientia fidem deo exhibere nitamur. Non mors terreat:nec dolor flagrat:quominus uigor animi & cõstãtia icõcussa seruet̃. Stultos nocent:dũmodo ipi stultissimi sint:& cæci:& hebetes & pecudibus æquales:q non intelligunt eẽ mortiferũ relicto deo uiuo prosternere se:atq̨ adorare terrena:qui nesciunt ex illis æternã pœnã manere:qui figmẽta insensibilia fuerint uenerati:& eos q nec tormẽta:nec mortẽ pro cultu & honore ueri dei recusauerint:uitam ꝑpetuã cõsecuturos. Hæc est fidelissima:hæc est uera sapientia:hæc perfecta iustitia. Nihil ad nos attinet:quid iudicent stulti:quid homunculi sentiãt. Nos iudiciũ dei expectare debemus: ut quos postmodũ:q de nobis iudicauerit:iudicemus. Dixi de iustitia quid esset:sequit̃ ut ostendam quid sit uerũ sacrificiũ dei:quis iustissimus ritus colendi:ne quis arbitret̃ aut uictimas:aut odores:aut dona præsentia desiderari a deo:a quo si fames:si sitis:si algor:si omnium rerũ terrenarũq̨ cupiditas abest:non ergo utitur his oĩbus: quæ templis aliisq̨ fictilibus inferũtur:sed sicut corporalibus corporale:sicuti incorporalibus icorporale sacrificiũ necessariũ est. Illis quæ in usum tribuit hoĩ deus:ipse nõ idiget. Est omni:terra ipsius sub potestate:nõ idiget tẽplo:cuius domiciliũ mundus est:nõ indiget simulacro:qui est & oculis:& mẽte incõprehẽsibilis:nõ indiget terrenis luminibus qui solem cũ cæteris astris in usum hoĩbus potuit accẽdere. Quid igitur ab hoĩe desiderat deus:nisi cultũ mentis:qui est primus & sanctus? Nã illa quæ aut digitis fiũt aut extra hoĩem sunt:hoc sacrificiũ uerũ nõ ẽ:nec quod ex arca: sed q̄d ex corde profertur: nõ quod manu:sed quod mẽte libatur. Hæc acceptabilis uictima est:quã de seipso animus imolat. Nã quid hostiæ? q̄d thura? q̄d uestes? qui aurũ? quid argẽtum quid precio si lapides conferũt:si colẽtis pura mẽs non est? Sola ergo iustitia est quã deus expetit. In hac sacrificiũ:in hac dei cultus est: de quo nunc mihi disserẽdũ est:docendũq̨ in quibus operibus iustitia necesse sit contineri.

d Vas eẽ humanæ uitæ uias:nec philosophis ignotũ fuit:nec poetis:sed eas utiq̨ diuerso modo iduxerũt philosophi. Alterã idustriæ: alterã inertiæ eẽ uoluere:sed hoc minus recte:cũ eas ad solius uitæ cõmoda rettulerũt:melius poetæ:alterã iustorũ:alterã ipiorũ esse dixerũt. Sed in eo peccãt:qui eas nõ in hac uita:sed apud inferos esse aiunt. Nos utiq̨ rectius:qui alterã uitæ: alteram mortis:& hic tamẽ has uias esse diximus. Sed illa dexterior: qua iusti sunt gradientes nõ in elysium ferre:

has uias esse diximus. Sed illa dexterior: qua iusti sunt gradientes non in elysium fere: sed in cælum. Immortales enim fiunt. Sinisterior ad tartarum. Aeternis enim cruciatibus abducuntur iusti. Veneranda est a nobis iustitiæ uia: quæ ducit ad uitam. Primum ãt iustitiæ officium & deum cognoscere & parentem: eumq; metuere ut dominum: diligere ut patrem. Is est enim qui nos genuit: qui uitali spiritu animauit: qui alit: qui saluos facit. Habet in hos non modo ut pater: uerum etiam ut dominus licentiam uerberandi: & uitæ ac necis potestatem: unde illi ab homine duplex honos: idest amor cũ timore debetur. Secundum iustitiæ officium est hominem agnoscere uelut fratrem. Si enim idem deus fecit: & uniuersos ad iustitiam: & ad uitam æternam pari conditione generauit. Fraterna utiq; necessitudine cohæremus: quam qui non agnoscit: iniustus est.

Sed origo huius mali: q̃ societas inter se hominum: quo necessitudinis uinculum dissoluitur: est q̃ ab ignorantia ueri dei nascatur. Qui enĩ fontem illum benignitatis ignorat: bonus esse nullo modo potest. Inde est quod ex eo tempore: quo multi dii consecrati ab hominibus coliq; cœperunt: fugata est (sicut poetæ aiunt) iustitia: sic direptum est omne fœdus: directa societas iuris humani cum sibi quisq; consulere: ius in iuribus computare: nocere inuicem: fraudibus aggredi: dolis circunscribere: commoda aliorum incommodis adaugere: non cognatis: non liberis: nec parentibus parcere: ad necem hominum pocula temperare: obsidere cum ferro uias: mari confestare: libidini autem quo furor duxerit fræna laxare: nihil deniq; sancti habere: quod cupiditas infanda non uiolaret. Cum hæc fierent: tum leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi: ut se interim tutos ab iniuriis facerent. Sed metus legum non scelera comprimebat, sed licentia submouebat. Poterant enim leges delicta punire: conscientiam punire non poterant. Itaq; quæ ante palam fiebant: clam fieri cœperunt. Circunscribi etiam siquidem ipsi præsides legum præmiis muneribusq; corrupti uel in remuneratione malorum: uel pernicie iustorum sententias uendicabant. His accedebant dissensiones: & bella: & mutuæ deprædationes: & opressis legibus sæuiendi potestas licenter assumpta. In hoc statu cum essent humanæ res: misertus est nostri deus. Reuelauit se nobis: & ostendit ut in ipso religionem: fidem: castitatem: misericordiam disceremus: legemque diuinam: quæ humana cum cælestibus copulauit tradẽte ipso domino sumeremus qua lege uniuersi: quibus irrætiti sumus: errores cum uanis & impiis superstitionibus tollerentur. Quid enim homini debeamus: eadem illa lex præscribit: quæ docet quicquid homini præstiteris: deo præstare. Sed radix iustitiæ: & omne fundamentum æquitatis est illud Vnde ut ne facias ulli: quod pati nolis: sed alterius animum de tuo metieris: si acerbum est iniuriam ferre: & qui eam fecerit: uidetur iniustus. Transfert in alterius personam quod in te sentis: & in tuam quod de altero iudicas: & intelliges tam te iniuste facere: si alteri noceas: q̃ alterum: si tibi. Hæc si mente uoluemus: innocentiam tenebimus: in qua iustitia uelut in primo gradu consistit. Primus est enim nõ nocere proximo: sed officere: prodesse. Et sicut in rudibus agris prius q̃ serere incipias: euulsis sentibus & omnium stirpiũ radicibus amputatis: arua purgãda: sic de nostris animis prius uitia detrahẽda: & tunc demum uirtutes inserendæ: de quibus seminatæ per uerbum dei fruges immortalitatis oriant̃. Tres affectus uel (ut ita dicam) tres furcæ sunt: quæ in animis hominis tantas p̃turbationes ciunt: & interdum cogũt ita delinquere: ut nec fam e: nec periculi sui respectu: tuta habere permittant: circa quæ uindictam cupit a natura: quæ desiderat: opes libido quæ appetit uoluptates. His uitiis resistendum est: hæ stirpes eruendæ: ut uirtutes seri possint. Hos affectus stoici amputandos: peripatici temperandos

putant. Neutri eorum recte: quia neq; detrahi possũt: siquidem natura insiti habẽt certã magnam rationem: neq; bonum quoniam si mala sunt: carendum est: etiam temperãdum mediocribus: si bona integris adutendum est. Nos uero neq; detrahẽdos: neq; minuendos esse dicimus. Non enim per se mala sunt quæ deus homini rationabiliter conseruat: sed cum sint utiq; natura bona: quoniam ad tuendam uitam sunt attributa male utendo fiant mala: sicut si fortissime pro patria dimices: bonum est: si cõtra patriam malum. Sic & affectus si ad usus bonos habeas uirtutes erunt: si ad malos uitia dicentur. Ira igitur ad coherti nem peccatorum: idest ad regendam subiectorum disciplinam data est a deo: ut metus licentiam comprimat & compescat audaciam. Et qui terminos eius ignorat: irascitur paribus aut fortioribus. Inde ad immania facinora prosilitur: inde ad cædes: inde ad bella consurgitur. Cupiditas ad desideranda & conquirenda uitæ necessaria tributa est. Sed qui nesciunt fines eius: insatiabiliter opes congerere nituntur. Hic uenena hinc circunscriptiones: hinc falsa testimonia: hinc omnium fraudũ genera erumpent. Libidinis autem affectus ad procreandos filios insitus & natus est: sed qui limites eius animo non tenent: utuntur eo ad solam uoluptatem Inde illicitæ iam opes: ĩde adulteria & stupra: inde omnes corruptelæ oriuntur. Redigendi ergo sunt isti affectus intra fines suos & in uiam rectam redigendi: in qua & si sunt uehementes: culpam tamẽ habere non possunt.

C Ohibenda est ira cum patimur iniuriã: & ut malum cõprimatur: quid ex certamine impendet: & duas maximas uirtutes innocentiam: patientiam teneamus Anatura frangitur: cũ habemus: quod satis est. Quis enim furor est in his congerendis laborare: quæ aut latrocinio: aut furore: aut proscriptione: aut morte ad alios acersit puenire? Libido extra lægitimum thorũ nõ euagetur: sed creandis liberis seruiat. Appetentia enim nimia uoluptatis: & periculum parit: & insaniã generat. Et (quod ẽ maxime cauendũ) mortẽ accurrit æternã. Nihil est enim tã inuisum deo: q̃ mens incæsta & animus ĩpurus. Nec hac sola uoluptate abstinendũ sibi putet: quæ caditur ex fœminei corporis copulatione: sed & cæteris uoluptatibus sensuũ reliquorũ: quia & ipsæ sunt uitiosæ: & eiusdẽ uirtutis ẽ eas contẽnere. Oculorũ uoluptas percipitur ex rerum pulchritudinæ. Auriũ de uocibus canoris & suasioribus. Narium de odore iucundo saporis de cibis dulcioribus: quibus his omnibus uirtus repugnare fortiter debet: ne his illecebris irrætitus animus: a cælestibus ad terrena: ab æternis ad tẽporalia: a uita ĩmortali ad perpetuã pœnã deprimat᷑. In saporis & odoris uoluptate hoc periculum est: q͏ trahere ad luxuriam poterit. Qui enĩ fuerit his deditus: aut non habebit ullam rem familiarẽ aut si habuerit: assumet: & aget post modũ uitã detestabilẽ. Qui autẽ rapitur auditu: ut taceam de cãtibus: qui sensus ita sæpe deliniunt: ut etiã status mentis furore perturbẽt᷑ compositis cæteris orationibus: numerosisq; carminibus: aut argutis disputatiõibus ad ĩpios cultus facile traducũt. Inde est q͏ scriptis cælestibus: q͏a uidentur incompta: nõ facile creduntur: quia aut ipsi sunt diserti: aut diserta legere uolunt: non quærũt uera: sed dubia: ĩmo illis hæc uidentur uerissima esse: quæ auribus blandiunt᷑: ita respuunt ueritatem: dũ sermonis uarietate capiũtur. Voluptas uero quæ spectat ad uisum: multiformis est. Nã quæ percipitur ex rerũ præciosarũ pũlchritudine: auaritiã concitat: quæ aliena esse debet a sapiente atq; iusto. Quæ autẽ capitur de specie mulierũ in alteram capit uoluptatẽ: de qua iã superius locuti sumus.

s Vperest de spectaculis dicere quæ quoniā potētia sunt ad corrumpendos animos uitāda sapientibus & contēnenda sunt taliter: ꝙ ad celebrandos deorū honores inuenta memorãt̃. Nā munerū additiones. Saturno factæ sūt. Scœna liberi patris est. Ludi uero circenses Neptunno dicati putant̃. ut iā qui spectat interest: relicto dei cultu: ad ꝓfanos ritus transisse uideatur. Sed ego de re malo dicere: q̃ de origine Quid tā horribile: tā tetrū: q̃ hois trucidatio? Ideo sæuerissimis legibus uita nostra mulctatur. Ideo bella execrabilia sunt inuenta: tamē cōsuetudo quatenus homicidiū sine bello ac legibus faciāt: & hoc ut scelus iudicat. Quod si iteresse homicidio sceleris cōsciētia est & eodē facinore spectator obstrictus est: cui & admissor: ergo & his gladiatorum sceleribus nō minus cruore ꝑfundit̃ qui spectat q̃ ille qui facit: nec pōt eē imunis a sanguine: qui uoluit effundi: aut uideri nō interfecisse: qui interfectori & fauet: & præmiū postulauit. Quid scœna? Num sanctior? in qua comœdia de stupris & amoribus. Tragœdia de incæstis & parricidis fabulatur. Istrionici etiā ipudici gestus: qbus infames fœminas imitatur libidines: quas saltando exprimūt docent: nō minus corruptelarū disciplinatū est: in quo fiunt per imaginē: quæ nō sunt: ut fiāt sine pudore quæ uera sunt. Spectāt hæc adolescentes: quorū lubrica ætas quæ frenari ac regi debet: ad uitia & peccata his imaginibus eruditur. Circus nō innocentior æstimat̃: sed maior hic furor est: siquidem mentes spectantiū tanta feruntur insania: ut nō mō incōuitia: sed etiā in rixas: nec nō & in prælia & cōtentiones sæpe cōsurgāt. Fugienda igit̃ oīa spectacula: ut trāquillū mentis statū tenere possimus. Renūciandū noxiis uoluptatibus: ne deliniti suauitate pestifera: in mortis laqueos incidamus. Placet sola uirtus: cuius merces immortalis ē: cū uicerit uoluptatē. Suppositus aūt affectibus: & ꝑdomitis uoluptatibus: facilis in cōprimēdis cæteris labor ē ei: q sit dei ueritatisq; sectaturus: nō maledicit unq̃: q spectabit a deo benedictionē. Hinc iurabit ne deū ludibria hēat: sed ne iurabit q de ne qñ uel necessitate uel cōsuetudine in ꝑiuriū cadat. Nihil sub dole: nihil dissimulāter loquat̃: neq; abnegabit quod spoponderat: neq; promittet qđ facere nō posset: nō inuidebit cuiq̃ qui de suo cōtentus: nec detrahet: aut male alteri uolet: in quē forsitā beneficia dei ꝓniora sunt. Nō furabit̃: nec oīno qcq̃ cōcupiscet alienū: non dabit i usura pecuniā. Hoc ē eni de alienis malis lucra captare: nec tñ negabit: siqdē necessitas cogit mutuari. Nō erit asper in filiū: nec in seruū meminerit: ꝙ ipse patrē habeat ac dominū. Ita cū his aget quēadmodū secū agi uellet. Munera supabūdantia nō recipiet a tenuioribus: nec enim iustū est augeri patrimonia locupletū p dāna miserorū. Vetus præceptū est nō occidere: qđ sic accipi debet: nō tāq̃ iubeamur ab homicidio tātū: qđ ēt legibus publicis uideretur manus abstinere nec iussione iterposita: nec uerbo licebit piculū inferre: nec ifantem necare: aut exponere. nec seipsum uolūtaria morte dānare. Idem nō adulterare: sed hoc p̄cepto nō solum corrūpere alienū matrimoniū ꝓhibet̃: qđ etiā cōi gētiū iure dānatur uerū etiā ꝓstitutis corporibus abstinere. Supra leges lex eni dei est: ea quoq; q̃ pro lucris habēt̃ uetat: ut iustitiā cōsumet. Eiusdē legis est falsum testimoniū nō dicere: qđ & ipsum latius patet: si falsum testimoniū mēdacio nocet ei: cōtra quē dicit̃: & fallit eū apud quē dicit̃. Nunq̃ igit̃ mētiendū est: qa mendaciū sēp aut falit: aut nocet. Nō est uir iustus: qa nō sine noxa uitioso sermone mentitur. Hinc uero adulari licet: pernitiosa est enim ac deceptrix adulatio: sed ubique custodiat ueritatem: quæ licet ad præsens sit insuauis: tamen cum fructus eius atque utilitas apparuit: non odium pariet (ut ut ait poeta) sed gloriam.

d Ixi de his quæ uetantur: dicam nunc breuiter quæ iubent̃. Innocētia proxima est misericordiæ. Illa enim malum non facit: & hæc bonū operat̃. Illa ichoat iustitiā

hæc cōplet. Nā cū inbecilior sit hominū natura q̄ cæterarū animātium: quas deus & in structas ad inferendā: & munitas ad uim repellēdā figurat: affectum nobis misericordiæ dedit: ut oē præsidiū uitæ nostræ in mutuis auxiliis poneremus. Si. n. facti ab uno deo: & orti ab uno hoīe cōsanguinitatis iure sociamur. Oēs igitur hominē diligere debemus Itaq; nō tātū inferre iniuriā nō oportet: sed ne illatā quidem uidicare: ut sit ī nobis perfecta innocētia. Ideo iubet nos deus etiā pro inimicis precē facere semper. Ergo animal cōe ac cōsors esse debemus: ut nos inuicem præstandis recipiendisq; auxiliis muniamus. In multis enim casibus & incōmodis fragilitas nostra subiecta est. Speres tibi accidere: q, alteri accidit. Ita demē excitaberis ad opē ferēdā: si sumpseris eius animū: qui opē tameo in malis cōstitutus implorat. Si quis uictu indiget impartiamur. Si quis apotentiori in iuriā sustinet: eruamus Pateat domiciliū nostrū: uel pelegrinis: uel indigentibus tecto: Pupiliis defensio: uiduis tutela nostra nō desit. Redimere ab hoste captiuos magnū numine opus est. Aegros paupes uisitare: atq; fouere inopes: aut pauperes (si obierint) non patiamur insepultos iacere. Hæc sunt opa hæc officia misericordiæ quæ si quis perfecerit uerū & acceptū sacrificiū deo imolabit. Hæc latabilior uictima est apud deū qui nō pecudū sanguine: sed hoīs pietate placatur: quē deū (quia deus ē) suam & ipsum lege sua & cōditione persequitur: miseretur ei quē uiderit misericordē. iexorabilis ē ei: quē precātibus cernit imitē. Ergo ut hæc oīa quæ deo placent: facere possimus: contennenda est pecunia: & ad cælestes transferenda thesauros: ubi furor non est nec rubigo cōsumet nec tyrannus eripiat. Sed nobis ad æternā opulētiā deo custode seruetur.

f Ides quoq; magna iustitiæ pars est: quæ maxime a nobis qui nomē fidei gerimus: cōseruāda est præcipue in religione: qui deus prior est & potentior q̄ hō. Et si est gloriosus pro amicis: pro parētibus: pro liberis. i. pro hoīe suscipe mortem & qui hoc fecerit: diuturnā memoriā laudēq; cōsequitur: q̄to magis pro deo: qui potest æternā uitā pro temporali morte præstare. Itaq; cū iciderit huiusmodi necessitas: ut discedere a deo: atq; ad ritus gentiū transire cogamur: nullus nos metus: nullus terror inflectat quo minus tradat amico: his fidē custodiamus. Deus sit ante oculos: sit in corde cuius interno auxilio dolor uiscerū: & adhibita corpori tormenta superentur. Nihil tunc aliquid q̄ uitæ imortalis præmia cogitemus. Ita facile & dissipandi aut utendi artus fuerint tolerabilibus quæ in nos tyrānicæ dominationis amētia molitur. Postremo ipsam mortē nō inuiti aut timidi: sed libenter & iterriti subire nitamur: ut sciamus qualis apud deū gloria sumus futuri triūphato sæculo ad ꝓmissa ueniētes. Q uibus bonis ; q̄ta beatitudine breuia hæc pœnarū mala: & huius uitæ dāna pēsemus. Q uod si facultas huius gloriæ deerit: habebit fides etiā in pace mercedē. T eneatur ergo ī oibus uitæ officiis teneatur in matrimonio. Non enim satis est: si aut alieno thoro: aut lupanari abstineas. Q ui habet coniugē: nihil querat extrinsecus: sed contentus ea sola castiget. In uiolati cubilis sacramēta custodiat. Adulter enī deo & pro incæstus qui abiecto iugo uel in liberā uel in seruā peregrina uoluptate luxuriat: Sed sicut fœmina castitate uinculis obligata est: & ne aliud cōcupiscat: ita uir eadem lege teneatur: quo deus ex uiro uxorē unius corporis cōpage solidauit. Ideo præcepit nō dimitti uxorem: nisi crimine adulteri deuictam & nunq̄ cōiugalis fœderis uinculum: nisi ruperit resoluatur. Illud quoq; ad consumandam pudicitiam iungitur: ut non modo peccatum absit: uerum etiam cogitatio. Polhui enim mentem: q̄uis inani cupiditate manifestum est. Itaq; iustum hominem qui scit se nec facere oportere: nec uelle: Pugnanda est igitur conscientia: quam deus peruidet: qui falli non potest. Euacuetur omni labe pectus: ut templum dei esse possit: quod nō auri

nec eboris nitor:sed fidei & castitatis fulgor illustrat. Sed .n. hæc oĩa difficilia sunt homini nec patitur cõditio fragilitatis naturæ quenq̃ sine macula. Vltimũ ergo remedium illud est:ut cõfugiamus ad peniẽtiã: quæ nõ minimum locũ inter uirtutes habet:quia sui correctio est ut cũ forte aut re aut uerbo lapsi fuerimus:statim resipiscamus:ac nos deliquisse fateamur: oremusq; a deo ueniã:quã pro sua misericordia nõ negabit:nisi pseuerabimus in errore. Magnũ est penitẽtiæ auxiliũ: magnũ solatiũ. Illa est uulnerum peccatorumq; sanatio:illa spes:illa portus salutis:quã qui tollit:uiã uitæ sibi amputat quia nemo esse tã iustus põt ut nunq̃ sit ei penitentia necessaria. Nos uero & si nullum sit peccatũ:cõfiteri nõ debemus:& pro debitis nostris identidẽ deprecari: gratias agere etiam in malis. Hoc enim semper obsequium domino deferamus.

h Vmilitas enĩ cara & amabilis deo est:qui cũ magis suscipiat peccatorẽ cõfitentem:quẽ in regnis cælestibus faciat pro humilitate sublimari. Hæc sũt quæ debet cultor dei exhibere. Hæ sunt uictimæ:hoc sacrificiũ placabile. Hic uerus ẽ cultus: cum homo mentis sua pignora in aram dei cõfert:summa illa maiestas hoc cultore letatur. Hũc ut filium suscipit sibi:quia domum immortalitatis impartitur:de qua nunc mihi differendũ est:& arguẽda est psuasio eorum qui extingui animas cũ corporibus putauerũt:qui quia nec dum sciebãt:nec arcanũ mũdi perspicere poterãt ne hominis quidẽ animæ quæ rationẽ cõprehẽderit. Quomodo enim possent sapientia prouidere:qui scientiam nullo modo habent? Negãtes ergo nullã ꝓuidentiã utiq; deũ q fons & caput eorũ est :negauerũt:sequebatur ut ea quæ sunt aut semper fuisse dicerẽt: aut sua sponte esse nata. aut minutorũ seminũ cõglobatione concreta semper fuisse dici potest quod testes ui subiacẽt:quia ipsum enim esse sine aliquo uitio nõ potest sua spõte: aut ĩ his nasci potest:nulla est sine ratione natura. Semina enĩ principalia quomodo esse potuerunt. cũ & semina exordiis oriant̃:& uicissim res ex seminibus? Nullũ igitur semen est quod originẽ nõ habet. Sic factũ est ut cũ putarẽt mundũ nulla prouidẽtia factũ ne hominẽ quidẽ putarẽt aliqua ratione generari. Quod si nulla esset in fingẽdo homini ratio uersata:imortalem igitur anima esse posse. Alii uero ex aduerso & deũ esse unũ:& ab eo mũdũ factũ:& hominẽ eũ factũ & animas esse imortales existimauere Sed cũ ea senserũt huiusmodi:nõ tanti diuini operis atq; consilii:nec causas:nec ratione: nec exitus perspexerunt:ut omne ueritatis arcanũ cõsumarent: atq; ueluti fine cõcluderẽt. Sed qa illi facere nõ potuerũt quia ueritatẽ perpetuo nõ tenebãt:nobis faciendũ est qui eam cognouimus:deo anũciante. Cõsideremus igitur quæ ratio fuerit huius tanti tamq; immẽsi operis fabricãdi. Fecit deus mundũ sicut Plato existimauit:sed cur fecit non ostendit quia bonus inquit:& inuidẽs nulli fecit quæ bona sunt. Aut cũ uidemus in rerũ natura & bona esse & mala. Potest ergo existere peruersus aliquis qualis fuerit Atheus ille: & Theodorus & platoni respondere:immo quia malus est fecit quæ mala sũt. Quõ illũ redarguet:si quæ bona sunt defecit? Vnde igitur in mala eruperũt:quæ plerũq; etiã præualent in materia inquit cõtinebantur. Si mala igitur & mala ut aut nihil fecerit deus:aut si bona tãtũ fecit:æterniora sunt mala quæ facta nõ sunt q̃ bona quæ habuerunt exordium. Finẽ igitur habebũt quæ aliquãdo cœperũt:& permanebũt quæ semper fuerũt Mala igitur potiora sunt. Si autẽ potiora esse nõ possunt:ne æterniora quidem possunt. Ergo aut utraq; semper fuerunt:aut deus ociosus:aut utraq; ex uno fonte fluxerunt. Est enim conuenies ut deus oĩa fecerit potius:qui nihil ergo secũdũ sentẽtiã Platonis. Ideo deus & bonus est quia bona facit & malus quia mala. Quod si fieri nõ potest: apparet non ideo factũ esse mundũ:quia mundus bonus ẽ:quoniam enĩ cõplexus & bona & ma

la:nec fecit propter se quicq̃ sed propter aliud. Domus.n.ædificatur nõ hoc ad solum ut sit domus:sed ut suscipiat & tueatur habitãtem. Item nauis fabricatur non ad hoc:ut nauis uideatur:sed ut in eã possint homines nauigare. Vasa autẽ fiũt nõ ut uasa sint solum sed ut capiãt quæ sunt usui necessaria. Sic & mũdũ deus ad usum aliquẽ fecerit necesse est. Stoici autẽ causa hominũ factũ esse & recte. Homines eni fruuntur his oĩbus bonis quæ mundus in se cõtinet. Sed ipsi homines cur facti sunt:aut qd in illis habeat illa fabricatrix prouidẽtia nõ explicat. Immortales eẽ aĩas idẽ. Plato affirmat:sed cur aut quãdo aut quõ:aut per quẽ ĩmortalitatẽ assequatur aut quid non tãtũ illud mysterium cur hi qui sunt ĩmortales futuri:prius mortales nascãtur. Deinde decurso tp̃is uitæ spatio atq; abiectis fragiliũ corporũ exuuiis.ad æternã illã beatitudinẽ trãsferãtur:nõ cõprehendit deniq; nec iudiciũ dei:nec discrimẽ iusti & iniusti explicauit:sed aĩas quæ se sceleribus ĩmerserit:hactẽus cõdẽnare putauit:ut ĩ pecudib⁹ renascãtur:& ita peccatorũ suorũ luere:pœnas donec rursus ad figuras hominũ reuertãtur. Et hoc fieri semper nec circa finẽ transmeãdi ludum mihi nescio quem inducit somnio similem:cui nec ratio ulla:nec dei gubernatio nec cõsiliũ aliquod inesse uideatur.

d Icam nũc quæ sit illa sententia:quã nec hi quidem qui uera dixerũt:collatis in unũ causis atq; factionibus cõnectere potuerũt. Factus a deo mũdus:ut homines nascerẽtur. Nascũtur autẽ hoĩes ut deũ parẽtẽ agnoscant:ut colant in quo iustĩa est. Colũt ut mercedem immortalitatis accipiant. Accipiunt immortalitatem:ut in æternũ deo seruiant. Vides ne quẽadmodũ sibi cõnexa sint:& prima cũ mediis:& media cum extremis? Inspiciãtur singula & uideamus utrum ne illis ratio quoq; subsistat: Fecit ergo deus mũdũ propter hominem. Hoc qui nõ uidet:non multum distat a pecude. Quis cælũ suscipit nisi homo? Quis solem? Quis astra? Quis opera dei miratur:nisi homo? Quis colit terrã? Quis ex ea fructũ capit? Quis nauigat mare? Quis pisces? Quis uolatilia? Quis quadrupedes habet in potestate:nisi homo? Cũcta igitur propter hominem deus fecit:quia usui hominũ cũcta cessere. Recte ergo uiderunt philosophi:sed illud quod sequitur:nõ uiderũt:q̃ ipsum hominẽ propter se fecerit. Erat eni consequens & necessariũ:& piũ:& cum hominis causa totã operã molitus sit.cũ tantum illi honoris tantum illi potestatis:ut dominetur mundo:& homo agnosceretur:dominũ tantorum beneficiorũ auctorem fecit:& mundũ propter ipsum:& ei cultũ & honorẽ debitum redderet. Hæc plato aberrauit:hic perdidit quã primum:arripuerit ueritatem:cum de cultu eius dei que cõditorẽ rerũ ac parentẽ fatebatur:obticuit:nec intellexit hominẽ deo potestatis uinculis esse religatũ:unde ipsa religio notatur. Et hoc est solũ:propter q̃ ĩmortales animæ fiãt. Sensit tamẽ æternas esse:sed nõ p̃ gradus ad eã sentẽtiam descendit. Amputatis enim mediis:incidit totius in ueritatẽ:quasi p̃ abruptum aliquod præcipitium nec ulterius progressus est:quoniã casu ad eam:nõ ratione peruenerat. Colẽdus est igitur deus:ut p̃ religionẽ quæ eadẽ iustitia est accipiat hõ a deo ĩmortalitatẽ:nec est ullũ aliud præmiũ piæ mẽtis:quæ si est inuisibilis nõ potest ab inuisibili deo nisi inuisibili mercede donari. Plurimi uero argumẽtis colligi potest æternas eẽ aĩas. Plato ait q̃ p̃ se ipsũ mouetur neq; principiũ motus neq; finẽ nõ habere. Animũ autẽ hoĩs per se semp mouerit:quia sit ad cogitãdũ mobilis:ad inueniẽdũ solers:ad percipiendum facilis:ad discendum eapax & qui præterita teneat præsentia cõprehendat:futura prospiciat:multarũq; rerũ & artiũ sciẽtiã cõplectatur. Immortale esse siquidẽ nihil habeat in se terreni põderis labe concretũ. Præterea ex uirtute au uoluptate intelligitur æternitas animæ:uoluptas omnis cõmunis animalibus. Virtus solius est hominis. Illa uitiosa est:hæc hõesta. Illa secũdũ na

turam: hæc aduersa naturæ. Nisi anima immortalis est: uirtus enim pro fide: pro iustitia nec egestaté timet: nec exiliũ metuit: nec carcerem perhorrescit: nec doloré reformidat: nec mortem recusat. Quæ quia natura cõtraria sunt: aut stultitia est uirtus: si & cõmoda impedit: & uitæ nocet. Aut si stultitia nõ est ergo anima immortalis est: & ideo præsentia bona contẽnit: alia quia sunt alia potiora quæ post dissolutionem sui corpis assequatur. Illud autem maximũ argumentũ immortalitatis: quo deum solus homo agnoscit. In mutis nulla suspitio religionis: quia terrena prospiciunt. Homo ideo rectus cælum aspicit: ut deum quærat. An potest ergo esse mortalis: qui imortalem desiderat? Non põt eẽ solubilis: qui cũ deo & uultu: & mente cõmunis est. Deniq; cælesti elemento qđ é ignis homo solus utitur. Si eni lux per ignem: uita per lucem: apparet eum qui usum ignis habet nõ esse mortalem: quoniã id illi proximũ id familiare est: sine quo nõ potest nec lux nec uita constare. Sed quid argumentis colligimus æternas esse animas: cũ habemus testimonia diuina? Id eni sacræ litteræ ac uoces prophetarũ docẽt. Quod si cui parum uideatur: legat carmina Sybillarũ. Apollinis quoq; Milesii responsa consideret: ut intelligat delirasse Democritũ: & Epicurũ & Dicearcũ: qui soli omniũ mortaliũ: quod est euidens negauerũt. Confirmata imortalitate: superest dicere a quo ei tribuatur cũ cætera & cõstituta diuinitus tempora cõpleri cœperint: interitũ & consumationem rerũ fieri necesse est ut innouetur a deo mundus. Id uero tempore in proximo est: quantum de numero annorum: deq; signis quæ prædicta sunt a philosophis colligi potest. Sed cum sit innumerabilia quæ de fine sæculi & comsumatione temporũ dicta sunt: ea ipsa quæ dicunt nuda ponenda sunt: quoniã (ut testimoniis utamur) immensum est: si quis illa desiderat: aut nobis minus credit adeat ad sacrarium cælestium litterarum: quarum fide instructior errasse philosophos sentiat: qui aut æternum esse hunc mundum: aut infinita esse annorũ milia putauerunt: ex quo fuerit instructus. Nondum enim sex milia completa sunt: quo numero consumato: tum demum malum omne tolletur: ut regnet sola iustitia: quod quatenus euenturum sit: paucis explicabo.

h Aec ãt probatis sed a uatibus futura dicũtur: cũ cœperit mũdo finis ultimus ppinquare: malitia inualescet: oĩa uitiorũ & fraudũ genera crebrescẽt. Iustitia interibit: fides: pax: misericordia: pudor ueritas non erit. Vis & audacia pualebit. Nemo quicq̃ habebit: nisi male partũ: manuq; defensum. Si qui erũt boni: prædæ ac ludibrio habebunt. Nemo pietaté parentibus exibebit. Nemo infantis aut senis miserebitur: auaritia libido uniuersa corrũpet: Erunt cædes & sãguinis effusiones. Erunt bella nõ mõ externa & finitima: uerũ etiã intestina. Ciuitates inter se belligerabunt. Oĩs sexus & oĩs ætas arma tractabunt. Non imperii dignitas cõseruabitur. Nõ militiæ disciplina: sed more latrocinii deprædatio & uastatio fiet. Regnũ multiplicabitur & decẽ uiri occupabunt orbẽ: & patient: & uorabunt: & existet longe potẽtior ac nequior. Qui tribus deletis Asiam possidebit: cæteris in potestate sua redactis & ascisis: uorabit oẽm terrã: leges nouas statuet: ueteres abrogabit. Rempu. suam faciet: nomẽ imperii sedemq; mutabit. Tunc erit tẽpus infandum & execrabile: quo nemini libeat uiuere. Deniq; in eũ statũ res cadet: ut oẽs uiuos lamẽtatio: mortuos gratulatio sequat. Ciuitates & oppida interibũt: mõ ferro & igni mõ terremotibus crebris: mõ aquarũ inundatione: mõ pestilentia & fame. Terra nihil feret aut rigoribus nimiis. aut caloribus sterilis. Aqua omnis partim mutabitur in cruorem: partim in amaritudine uitiabitur: ut nihil sit nec ad cibos utile nec ad potum salubre. His malis accident prodigia hominibus ad timorem. Cometæ crebro apparebunt. Sol perpetuo squalore fuscabitur. Lunam color sanguinis obumbrabit:

nec amissæ lucis damna reparabit. Stellæ omnes decident: nec temporibus sua ratio cõ stabit: hyeme ac æstate cõfusis. Tũc & annus: & mẽsis & dies breuiať: & hãc esse mundi senectutẽ & defectiõnẽ Trismegistus elocutus est: quæ cum uenerit: adesse tempus sciẽ dum est: quo deus ad cõmutandũ sæculũ reuertatur: Inter autẽ hæc mala surget rex impius nõ modo generi hominũ: sed etiã deo inimicus. Hic reliquias illius prioris tyrãni cõ teret: cruciabit: uexabit: interimet. Tunc etiam lachrimæ. luges & gemitus præpotes: & ad eum cassæ preces: nulla requies ad formidinem: & somnus ad quietem. Dies cladem nox metus augebit semper. Sic orbis terrarum pene ad solitudinem hominum redigetur. Tunc impius iustos homines ac diuites deo duobus & quadraginta mensibus persequetur: & se coli iubebit ut deus. Se enim dicet esse deum cum sit antichristus: qui ut erit aduersarius: & ut ei possit accipiet potestatem mirabilia faciendi: ut ignis descendat de cælo ut sol resistat a cursu: ut imago quã posuerit: loquatur. Quibus prodigiis allicet multos ut adorẽt eũ signũq; eius in manu aut fronte suscipiãt. Et qui nõ adorauerit: signumq; susceperit: exquisitis cruciatibus morietur. Ita fere duas partes exterminabit: tertia in desertas solitudines fugiet. Sed ille ueteri uia implificabili furens abducet exercitum & obsidebit montem: quo iusti confugerint. Qui cũ se uiderint circunsessos: implorabunt auxilium dei uoce magna: & audiet eos deus: & immitet eis liberatorem. Tunc cælum in tẽpesta nocte patefiet & descẽdet Christus ĩ uirtute magna: & antecedet eũ claritas ignea: & uirtus inæstimabilis angelorũ: & extinguetur omnis illa multitudo impiorum: & torrentes sanguinis current: & ipse ductor effugiet: atq; exercitu sæpe reparato: q̃tũ præliũ faciet: quo captus cũ cæteris tyrãnis tradetur exustioni. Sed & ipse dæmonum princeps auctor & machinator malorũ: cathenis igneis alligatus custodiæ dabitur: ut pacem mundus accipiat: ut uexata sæculis terra requiescat. Pace igitur parata: compressoq; omni malo: rex ille iustus & uictor: iudicium magnũ de uiuis & mortuis faciet super terrã: & uiuẽtibus quidẽ iustis tradet in seruitutẽ gentes uniuersas. Mortuos autem ad æternã uitã suscitabit: & in terra cũ his ipse regnabit: & condet sanctã ciuitatẽ. Et erit regnũ iustorum mille annis. Per idem tẽpus stellæ candidiores erũt: & claritas solis augebitur: & lunã nõ patietur diminutionẽ. Tunc descẽdet a deo pluuia benedictionis matutina & uespertina: & omnem frugem terra sine labore hominũ procreabit: Stillabunt mella de rupibus: lactis & uini fontes exuberabunt. Bestiæ deposita feritate mansuescent Lupus inter pecudes errabit innoxius. Vitulus cũ leone pascetur. Colũba cũ accipitre cõgregabitur. Serpens uirus nõ habebit. Nullũ animal uiuet ex sanguine. Omnibus enim deus copiosum atq; innocentẽ uictum dabit. Peractis uero mille annis: ac resoluto dæmonũ principe: rebellabit gẽtes aduersus iustos: & ueniet innumerabilis multitudo ad expugnãdã delendãq; sanctorũ gẽtẽ. Cõcuciet. n. a fũdamẽtis suis terrã: & corruẽt ciuitates: & pluet sup ĩpios ignẽ cũ sulfure & grãdine: & ardebũt: & se inuicẽ trucidabũt. Iusti uero paulisp sub terra latebũt: donec pditio fiat gẽtiũ: & exibũt post diẽ tertiũ: & uidebũt cãpos cadaueribus opertos. Tunc fient terremotus: & findent se mõtes & subsidẽt in altitudine uallis p fundæ & cogerenť in ea corpora mortuorũ: & uocabitur nomẽ eius Polyandrum. Post hæc renouabit mundũ: & transformabit iustos & in figurã angelorũ: ut imortalitatis ueste donati: seruiant deo in sempiternũ. Tunc enim impii resurgent nõ ad uitã: sed ad pœnam: eisq; secũda resurrectio facta deũ excitabit: ut ad perpetua tormẽta damnet æternis ignibus traditi merita pro sceleribus suis soluant. Hæc oĩa uera: omnium consona ad ministratione prædicta cũ eadem Trismegistus: eadem Idaspes: eadem Sybillæ concinerunt: dubitari non potest. Curæ spes omnes uitæ: ac salutis in sola religione dei sit posita.

Trismegistus.

Itaq; niſi homo ſuſcæperit:quẽ deus ad liberationẽ miſit:qui miſſus eſt: niſi ſummum deum per eũ cognouerit:mãdata eius legeſq; ſeruauerit:in eas incidet pœnas de quibus locuti ſumus. Proinde fragilia contemnenda ſunt:ut ſolida cõſequamur. Spernenda terrena:ut cæleſtibus honoremur. Temporalia fugiẽda:ut ad æterna ueniamus. Erudiat ſe quiſq; ad iuſtitiam:firmet ad continentiã præparet ad agonem:inſtruat ad uirtutem: ut ſi forte aduerſarius indixerit bellũ:nulla ui:nullo terrore:nullis cruciatibus a recto & bono diuellatur. Nõ ſe ſubſternat inſenſibilibus figmentis:ſed uerum & ſolum deũ rectus cognoſcat. Abiiciat uoluptates:quarum illecebris anima ſublimis deprimitur ad terrã. Teneat innocentiam. Proſit q̃ plurimis. Incorruptibiles ſibi theſauros bonis operibus acquirat:ut poſſit deo iudice pro uirtutis ſuæ meritis uel coronã fidei: uel præmiũ immortalitatis adipiſci.

Lactantii Firmiani in Ephytomon tractatus finit.

Impreſſum Venetiis per Simonem Beuilaquã papienſem. Anno incarnationis dñi. M.cccc.Lxxxxvii. Die quarto Aprilis.

Regiſtrum huius operis ſic ſe habet: cuius qualitas utriſq; litterarum dedit.

a	f	l	q
LACTANTII	ita coherere	li homines	unus
L.COELII	in ſolo	Vinxerat	eſt principium
runt ut	& quidem	tes rabidæ	oſtendunt
poſſe			Deo autem
b	g	m	r
minime in	non uenit	catur mala	Si enim
explodunt	erit quo	cte hoc quidẽ	tã.Quo quid
titam poſt	qualia ſunt	uolet	diſſipabiles
ter fatentur			
c	h	n	ſ
non exire	abeſt	uno.Cn.	ut nunq̃
nes eſſe	ſubiecimus	ſit:Ego	admodum
qui fecit	ſignificat	Ergo	bis ad lucem
		cedem non	pedibus
d	i	o	t
Hi ſunt		Quo plane	faucium
ſunt poetæ	ruſalem	demonſtrant	ſim q,
multo eſſet	Dabit	um ſingulæ	xerit uitium
e	k	p	u
di non licet	nem fudit	tum ſecuturũ	has uias
affirmat	Nimirum	alligatas	s Vpereſt
ut ſimulachrum	Lactantii	Quid,p̄ſtant	nec eboris
ipſi ſe in			